SPECVLVM SENATORVM AC OFFICIALIVM REGNI POLONIAE Aulæque Regiæ.

Quadripartitam diuisionem in se complectens: quam sequens pagella indicat.

A

THEODORO ZAWACKI Ex Familia Rogálá, Equite Polono, compilatum.

Cum Gratia & Priuilegio, S. R. M.

CRACOVIÆ.

In Officina Nicolai Lobij, Anno Domini, 1616.

PARTES HVIVS SPECVLI.

I. TRIVIA *siue genera causarum Senatoriarum, quæ Senatores in consultationibus de rebus ad Rempub. pertinentibus tractare solent.*

II. ORDO *Senatorum Regni Poloniæ, & Mag. Ducatus Lith. Officialiumq́ Ordinis Senatorij, ac extra ordinem Senatorium, Districtuum, Castrensium, aulæq́ Regiæ.*

III. SVMMVLA LEGVM *de dignitatis prærogatiua, & Officio Senatorum ac Officialium Ordinis Senatorij, atq; Officialium Ordinis non Senatorij, Districtuum, Castrensium ex Statutis & Constitutionibus Regni, succinctissimè desumpta.*

IV. DE IVDICIO *Tribunalis Regni, & Officio Iudicum horum Iudiciorum.*

AD GENEROSOS EQVITES INCLITI REGNI POLONIAE, Authoris Paraenesis.

PLACVIT *semper mihi Generosi Equites fautores & fratres obseruandi, Diui Platonis sententia:* Oportet hominem esse commodum, & nō seipsum intueri. *Qui enim se planè & Deum cognouerit, non inutilem se putabit & perperam vel sibi soli creatum; sed & proximis & patriæ & omnibus, si quid & illis prodesse possit. Eam obrem qui circumspicit & propositum*

intu-

intuetur meum, facilè animaduertet ex lucubrationibus meis (quas testantur nonnulli à me editi libelli) quod non quæro quæ mea sunt sed quæ aliorum. Est enim tàm calens, tâm vehemens, tamq́; vt dicam torridus meus in patriam amor, vt nunquam apud me antiquiûs quidquam fuit, quàm de ea bene mereri. Eccùm & nunc ad communem patriæ vtilitatem & vsum vestrum G. E. opusculum hoc quod priuatum mihi feceram, multis ex vobis vrgentibus & efflagitantibus, publicum fieri iussi. Si argumentum libelli huius adspectatis, quid melius aut dignus

Patriæ

Patriæ, vobisq; dari potest? Si Titulum? non abs re SPECVLVM nuncupatum est. Sicut enim in vitreo speculo faciem nostram contemplamur; ita in hoc Speculo literis consignato, faciem Senatorum Reipub. nostræ ac Officialium Regni, aulæq; Regiæ, intuemur. In hoc Senatori, Officiali (quos supra cęterorum hominum conditionem euectos, rerum humanarum administrationi diuina prouidentia admouit) quid in sententia ferenda, & debito officij sui animaduertere conueniat: quonàm modo iustitiam eiusq; leges sacratissimas magno in precio habere, & ex eorum

præſcripto viuere, & alios ſuo exemplo ad eorum cultum atq; ſtudium excitare, & ne à quopiam illæ labefactentur, omni ſtudio atq; vigilantia preuidere; quoue modo innocentiam defendere, miſeris ſubuenire, & omnium ſine diſcrimine querellas atq; controuerſias audire debeat; facile contemplari, & tanquam ex penu pleniſſima depromere, datur. Socrates hortari adoleſcentes ſolebat, vt ſeſe frequenter in ſpeculo intuerentur: [nam ſi formoſi eſtis (inquit) elaborandum eſt, vt digni ea ſpecie ſitis, ſin autem deformes, vt eam deformitatem virtute ac

bonis artibus tegatis] nonnè etiam meritò me vos Generosos Equites Polonos fratres meos, ad hoc speculum, vt illud frequenter præ manibus habeatis adhortare licebit? Maximè. Erit enim vobis & honorem & commodum, si quid iudicare possum, mirum in modum allaturum: quando alij ex ordine vestro Equestri, inter Senatores, alij inter Officiales Regni aulæq; Regiæ (vos enim basis estis Reip. nostræ, & quibus ex præscripto legum dignitates & officia debentur) renunciati fueritis. Quippe ex facto sæpe videmus incidere, vt multi in officio suo

poſtea erubeſcant, cum officij ſui iura non nouerint. Hoc igitur SPECVLVM, ob debitum & ſtudium fraternum in vos meum prelo datum, quale, quale eſt, non ingrato ſuſcipite animo: quod ſi grato animo accipietis, breui alia vobis & Patriæ non inutilia videbitis. Valete felices, Fratres obſeruandi, & me cum Familia mea Rogalorum fratrum meorum & veſtrorum Regni eiuſdem nobilitate vetuſtiſſima, fauoribus & fraternæ beneuolentiæ veſtræ, commendatum habete: meiſq; conatibus fauete.

TRIVIA SIVE GENERA CAVSARVM SENATORIARVM.

SENATORIAS CAVſas aduerti, quotcunq́ue illæ quidem ſint, & quacunq́ue ducantur argumentatione, non plus eſſe generibus quam SEX. Ea nos genera ſimilitudine quadam TRIVIA nuncupauimus, quod in his omnis Senatoria diſceptatio verſatur & peruagatur.

TRIVIA IGITVR
hæc ſunt.

LEX.
MERITVM.
ARMA.
SOCIETAS.
PECVNIA.
MOS.

Quodcunque iſtorum, de ſcriptione reddetur explicatius. Verùm toto hoc opuſculo, velim non cum exacta Philoſophantium norma mihi eſſe rem, ſed cum PATRIIS CONSVLTORIBVS reputes.

Erit itaque apud nos LEX præſcripta quædam, præfinita-

aque degendæ vitæ rerumque agendarum, ratio & modus, quàm publicè omnes aut publici aliqui constituerunt.

Merita quisq; facile intelliget esse ea, quæ dictis factisuè proborum aut improborum debeantur.

Armorum apellatione non vti apud Iurisconsultos ferum aut fustes, & lapides tantum comprehendi volo; verùm præter hæc, peditem, equitem, phalangem, legionem, classem, totamque expeditionum vim & apparatum, quo publicas vindictas prosequi, & salus patriæ ciui.

umq; libertas tueri, seruariq manu possit. quibus rebus quæcunque eam habent vim vt nolentes repugnantesque cogant ad officium atque contineant adscribenda sunt. Ab iisdem etiam Imperatoris consilium & peritiam nequicquam secludendam duco.

SOCIETATEM appello quam eandem seu fœdus & confœderationem, seu conspirationem, atq; consensum; seu tale quiduis aliud appelles non aspernabimur. Modo intelligas me, de his rebus atq; adminiculis loqui, quæ ab externis volentibus

& conſentienbus ducta, plurimum Reipub. conferant.

Pecvnias dicimus eſſe non æs tantùm aurumuè ſignatum, ſed eam inprimis omnem opulentiam, rerumque afluentiam, quæ ad communia ciuium ſtudia, motuſque armorum, paciſque ornamenta conferant. Quo in numero ſunt veſtes, pecus, annona, tela, ſcuta, currus, naues & iſtiuſmodi.

Morem ſtatuemus quaſi legem quandam, fato inchoatam, vſu ſuſceptam, quæ non ſcripto & pænis, ſed hominum approbatione rectique opinione ſeruetur.

Atqui triuium quodque duos habet ad disceptandum aditus, vbi argumenta contendant.

Nam aut de Lege roganda consultant, aut contra, de Lege abroganda.

MERITIS in promptu est Præmia, aut contra deberi Pœnas.

Circa Arma versabitur consultatio, vt aut, Armis positis in pace simus, & in ocio degamus: aut, vt sumptis armis ad bellum, contra hostes vtamur.

In societate pensabitur horum alterum, vt eam aut,

neant; aut susceptã dirimãt.
Pecuniam aut colligunt parantq́;, aut iam conquisitã & asseruatam petunt, vt erogent atque in vsus conferant.
Morem verò aut inchoandum, aut abolendum statuũt.
In his igitur & circâ hęc Senatoria, omnis habebitur ratiocinatio.
Sed ratiocinatio ipsa habet quoq́ue locos, persuasionum in quibus Argumenta versantur.

PERSVASIONVM LOCI.

Persuasionum loci æquè numero vti & Triuia sunt sex.

Posſibile.
Neceſſarium.
Facile.
Honeſtum.
Vtile.
Delectabile.

Ex quocunque eorum quod ipſum etiam Triuiis accidit, duplex ad perſuadendum facultas præbetur.

Nam aut dicunt hoc, puta: vt arma ſuſcipias neceſſarium, vtile, honeſtum eſſe, & eiuſmodi; aut contra, difficile, impoſsibile, triſtiſsimumque eſſe.

Et tantam habent vim in cauſis Senatoriis hæc, vt in-

terdum vno aut altero, quouis iſtorum benè comparato, tota cauſa illicò comprobetur.

Vti, ſi quiſpiam oſtenderit exhauſto ærario, feſsis longa bellorum moleſtia ciuibus, non patere vnde pecuniam ſumas: difficiliuſq; Hanibalem abigere quam arbitremur; nihil amplius ſit quod contra diſceptetur.

Iſta vt confirmētur, earum rerum ſuffragiis indigent, de quibus mox tranſigemus. Sed iuuat prius intelligere, qualia iſta quidem ipſa ſint.

Poſsibilia ea erunt quibus

ineſt cauſa atque ratio, cui quid fieri poſsit.

Neceſsaria veteres exiſtimauerunt ea eſſe, quibus ademptis ceſſaret illud, quod iiſdem non amotis non ceſſaſſet. Eſt item NECESSITAS cum quid cogare, vt facias.

Facilia quidem ſunt, quæ prona, & procliuia, & admodum parata ſunt, vt leui labore, & cura non multa fiant.

Vtile erit, quòd conferat, conducat, coadiuuet, & corroboret, opituletur, conſeruet; & quæ etiam veluti inſtrumenta ad agendum ſunt.

Honesta sunt quæ ex officio digna, condecentia, conuenientia, quæuè insignia, egregia, præclauè sint; quæuè decora, laudabilia, gloriosa, existimabilia, sancta, religiosa, & cum virtute coniuncta; quæuè maiestatem ac nominis posteritatem exornent.

Iucundam voluptatem & lætitiam faciunt qualia sunt; quæ grata, amæna, suauia sensibus veniunt: quæuè ex animi sententia succedunt: vt vindicta, amatæ rei assequutio, inimici calamitas, quæ demùm allectant, quæ trahunt, quæ detinent animos

per alacritatem, hilaritatem, & feſtiuitatem.

Quæ autem iſtis contraria ſunt, totis illa quidem partibus pugnant atque aduerſantur.

Namque non neceſſario ceſſaſſe poſſumus.

Impoſsibilia penitùs tollunt perficiendi viam, conatuſque fruſtrantur.

DIFFICILE impoſsibilium naturam ſapit.

INVTILE neque confert, neque opitulatur, neque conſeruat, ſed potius nocet atque penitùs lædit.

INHONESTA cum tur-

pitudine coniuncta sunt.

TRISTIA & ingrata omnem animi voluptatem tollunt atque amouent.

ITAQVE PERSVA-*sionum loci suaptè natura huiusmodi sunt, quales recensuimus.*

Sed in SENATORIIS disceptationibus euenit, vt adiunctionibus quibusdam, ipsa hæc quæ transegimus, non semper, neque vbique perseuerent. Vt exemplo intelligamus: eccum.

Natura sui facilè, posibilè, ac propè necessarium est, arborem, quæ primo floruerit

ruerit vere fructum autumno edere; ſed adiunge veternoſam, & infectam, aut adiunge turbulenta tempeſtate & ventis ſeuiſsimis quaſſatam: ſequitur nimirum in arbore, vt id neque facilè, neque admodum poſsibile ſit. Ergo quod ipſum erat facile natura ſui poſsibileque, atque admodum neceſſarium; nunc iſtiuſmodi adiunctione redditum eſt, vt ſit neque facilè quidem, neque poſsibile.

Alio item vtamur exemplo.

Apud veteres religione acti Nobiles adoleſcentes,

nudi & cum locis per viros vrbis discursitabant festis Bachanalium diebus; hac ætate ne pede quidem, non vestito licèt prodire in publicum, seruata honestate ciuili, atque familiarum decore: alia igitur tempora, alios mores atulerunt.

Item. Fratris vxorem apud hæbreos cogebatur frater defuncti ducere; apud nos lege prohibemur cognatæ affinitatem petere: alia igitur illis fuit ratio, vt ita instituerint, alia est nobis.

Ex quibus omnibus perspicuum est, superioru illa cum

locis, tàm temporibus, tùm etiam personis, & cęteris istiusmodi immutari, quas res sic venit in mentem, appellare ADIVNCTIONES *quod primis illis locis persuasionum adiungantur ad persuadendum.*

Et sunt numero quidem non plures sex.

Persona.
Locus.
Res.
Causa.
Tempus.
Modus.

Hęc item oportet intellige-

re, qualia sint, notationibus quibusdam membrorum & partium earum, in quas diuiduntur.

PERSONA ea erit, cuius opera veluti imperio ministeriouè Respub. vtatur.

Et personarum quidem.

Alia est. { *Quam natura dedit.* *Quam institutum, ars, & industria adiecit.* *Quam fortassis Respub. posuit.* }

Vtamur quoque hoc loco exemplo.

Cæsari, Alexandro, atque etiam Catoni personam na-

tura dedit, vt eſſent illi quidem tales quos facilè diligas aut vereare; vt vero eſſet, alter Cenſorio ſupercilio grauis, alter facundia & lepore gratus, alter maieſtate frontis imperioſus; inſtitutum ſtudiumq́ue fortaſſe perfecit: vt verò hic Dictator, alter autem Rex haberetur; neque ex natura, neque ex inſtitute, ſed aliunde ſumpſere: ex quo aliud Cæſari Senatori & priuato; aliud Cæſari rerum domino, fuit more hominum facilè poſsibile, honeſtum, & quæ cum his annumerantur.

RVRSVS PERsonarum.

Alia { *Diuina.* / *Non Diuina.* }

Nam in personarum numero Superos quoque locari volumus: quandoquidem Superum ope magis, quam hominum consilio & opera, Respub. regatur atque consistat.

Item alia. { *Profana.* / *Sacra.* / *Publica.* / *Priuata.* }

In publicarum numero non capita singula, ciuium præsertim reputantur; sed inte-

integer potius numerus, in quo & Magiſtrat⁹ cōtineatur.

Magiſtratus verò aut in vno aliquo conſidebit, vt, Sacerdos, Prætor, Rex, aut in pluribus, vt, Trium viri, Collegium epulonum, Tribuni pleb. Senatus: atq; demum in his, in quibus vniuerſa Ciuitas comprehendatur.

In priuatorum autem numero continentur affines, coniuncti, ſodales, patroni; adde & architecti & oratores, & his ſimilia: & iſtis etiam contraria, vt ſeruus, ignotus, inimicus. Et talis locus perplurimus eſt.

Habet enim Locvs ipſe aliquid aliunde ſumptum, aliquod cum loco veniet: aliquid verò non aliunde, quàm ab ſe innatum atque inſitum, vt ſit capax, vt hac aut altera forma, & qualitate præditus ſit.

Innatum dicimus eſſe loco, ſegregariq; non poteſt, vt non ſit publicus, priuatus, ſacer, & quæ iſtis ſimilia ſunt.

Aliunde iniunctum, atque impoſitum eſt, cum amoueri iſta poſſunt, loci forma non mutatis aut vitiatis.

Rervm, autem notiones quum ad id de quo agi-

mus accomodentur, sunt; quibus fit vt res altera ab altera differat. Differt enim res à re multa ex parte his, quibus ab loco locus: sed præcipuè differt his quæ quantitate & qualitate huiusmodi annotantur.

CAVSAM esse hanc apud nos interpretamur, illud quod moueat vt aliquid fiat, quo aliquid aggrediamur atque assequamur.

In rebus causa, quæ ab re alia fit, propè habet quandam necessitatem, vt cum ea res sit, procul dubio, altera subsequutura sit.

Sed animos nostros mouent, cura, & ratio tuendi sui, metus honestatis, salutis, libertatis, cupiditas item gloriæ, imperij & rerum. Mouēt etiam quæ dolorem, indignationemq́; iras & odia concitant: vti sunt, aliorum obtrectatio, æmulatio, iniuria, & cætera generis eiusdem, quæ molestiora sunt, quam ea diutius perferenda censeas.

Nec hîc sum nescius causas apud Philosophos esse quatuor; sed inter Patrios Senatores & multitudinem, abundè ista sunt; Philosophos tamē non aspernamur.

TEMPVS *triplex est.*
- *Antequam agas quid*
- *Dumq; id agitur,* &
- *Re iam perfecta & absoluta.*

Fit etiam vt apud multitudinem tempora moueant, ex his quæ sunt penitùs temporis, vbi cum dicunt; Sillæ tempora duriora fuisse quam Marij: & bellorum tempora plena esse sollicitudinum. Quæ omnia eo dicta sunt, quód velint motum atque statum quendam rerum annotare, quæ id tempus tulerit.

MODVS tamen et si potissimum esse videatur, rerum

agendarum ordo: habet tamen aliquid in ſe quod plus importat.

Nam in ordine attenditur. vt. { *Illud fiat prius.* / *Illud poſterius.* / *Illud ſimul.* }

In modo autem rebus adhibendo penſabitur, ne quid excedat aut deſit, vt etiam nihil fiat non attemperatè, & non aptum ad rem.

Itaq; hæc ſunt, quæ ad cauſas Senatorias faciant. *TRIVIA, PERSVASIONVM LOCI ET ADIVNCTIONES.*

Ex quibus varia & multiplex & prompta, & facilis argumentorum ratio ſubminiſtratur hunc in modum.

Comparabimus altera alteris, & sui generis, & non sui generis; singulorumque partibus repetitis, ac pensitatis aptiora & quæ pulcherrimè faciant ad rem selegemus.

Nam si quid forte incidat vt discemus : Armanè capienda sint : iugabimus Triuia triuiis, sic.

Pensitabimus enim : legene aliqua hîc vtemur : an sit ex lege quod iubeat, hoc est, ex ratione vitæ benè degendæ. Meritisnè bonorum aut malorum sic fiat satis: communibus ne rebus amicorum & confæderationum ista con-

ueniant: pensitabimus etiam facultates publicas, & copiam eorum quæ vsui fiant; & priscos maiorum mores atque ritus, bonorumque consensum.

Ex his comparationibus, & pensitationibus quo pacto argumenta eliciantur, non est quod ꝓsequar, nã illa quidẽ sese vltro proferẽt, & quid valeant clarè atque dilucidè ostentabũt, vt quiuis ingenio vel mediocri bellissime, sibi commodissima possit desumere. Copulabimus etiam TRIVIIS LOCOS PERSVASIONVM, & pensitabimns,

quid partibus & membris cuiusque conducat. Pensitabimus etiam futurumnè vllo pacto sit vt spretis armis incommoda, quæ immineant cessasse posint: vrgeatnè quidpiam, vt sine armis tuti esse non posimus: facultatemnè arma præbeant, vt leui labore quę instituimus perficiamus. Sitnè in armis positum quod conferat, corroboret, conseruet imperij Maiestatem, decus, religionem; quod gaudia, expectationes, voluptatesque ciuium augeat, atque confirmet: reddantnè aptiora ac

faciliora, quæ posthac vsui futura sunt: & huiusmodi. Copulabimus itidem ADIVNCTIONES cùm TRIVIIS, tùm etiam locis persuasionum: tum etiam sui ordinis cæteris adiunctionibus. Pensitabimus enim, armanè capere honestum sit: famam nominisnè posteritatem læsura sint; detrimentonè futura sint legibus, censibus, amicitiis publicis, si collectitium manum seruorum, præsertim leui suspitionũ causa sumpserimus: semper enim omnia ad Rempub. referenda sunt, & quod ægregiè ex-

plicabit argumenta, erit, si comparationibus annotabimus singula ea, quæ quadam inter se similitudine, aut dissimilitudine conueniant: siue pensitabimus in potestatibus singulorum, quidnam habeat quodque: quiduè ad eas res perficiendas, aut perferendas valeant, quæ animum in hanc, aut in alteram sententiam possint trahere.

Hæc in vniuersum ex typo proxima pagina sequenti, melius æstimabimus sic.

TRIVIA.

- Genera Causarum Senatoriarum sunt sex.
  - Lex, aut est
    - Roganda, statuenda.
    - Abroganda, delenda.
  - Meritum aut
    - Præmium.
    - Pœna.
  - Arma, aut
    - Sumantur.
    - Non sumantur.
  - Societas, aut
    - Ineatur.
    - Dirimetur.
  - Pecunia, aut
    - Paretur.
    - Erogetur.
  - Mos, aut
    - Inchoandus.
    - Abolendus.
- Persuasionum capita sex.
  - 1. Possibile / Impossibile
  - 2. Necessarium / Non necessarium.
  - 3. Facile / Difficile.
  - 4 Honestū / Turpe.
  - 5 Utile. / Inutile.
  - 6. Delectabile. / Triste.
- Adiunctiones sex.
  - Persona
    - Diuina.
    - Profana.
    - Sacra.
    - Publica.
    - Priuata.
  - Locus
    - Publicus.
    - Priuatus.
    - Sacer.
  - Res,
    - Qualitas.
    - Quantitas.
  - Causa.
    - Quæ animos nostros mouet ad faciendum; & non faciendum.
  - Tempus
    - Antequam agas, Futurum.
    - Dum agis, Præsens.
    - Re perfecta. Præteritum.
  - Modus.
    - Ordo: Hoc prius, Illud simul, Aliud posterius.

Comparabimus altera alteris.

ORDO

Senatorum Regni Poloniȩ, ac Magni Ducatus Lithuaniȩ, & Officialium ordinis Senatorij, & extra ordinem Senatorium, Diſtrictuum, Caſtrenſium, & Aulȩ Regis.

ORDO SENATORVM *Spiritualium.*

Archiepiſcopus Gneſnenſis Legatus natus, Regni primas ac Primus Princeps, non ſolum iuriſdictionem habet in vniuerſum in Regno clerum, ac primum in ordine Senatorio locum; verùm etiam ſummam in conſiliis au-

 ctori=

ctoritatem: & qui Interegni tempore DD. Senatores ad consultandum, de rebus ad Rempub. pertinentibus conuocat, Legationes externas audit, diem & locum electioni noui Regis indicit, eundem electum nominat ac promulgat: ac postea in sollennibus coronationis Comitiis Cracouiæ celebrari solitis, diademate capiti imposito inaugurat. METROPOLITANAE sedis Leopoliensis Archiepiscopus secundum locum in Senatu obtinet. Eum sequuntur ordine infra declarati Episcopi, qui in

ordine Senatorio omnes seculares præcedunt. Hic autem ordo seruatur.

ARCHIEPISCOPI.

Gnesnensis.
Leopoliensis.

EPISCOPI.

Craceuiensis.
Vladislauiensis.
Vilnensis.
Posnaniensis.
Plocensis.
Varmiensis.
Luceoriensis.
Premisliensis.
Samogitię.
Culmensis.
Chelmensis.

Kiouiensis.
Camenecensis.
Vendensis.

16.

ORDO SENATORVM SECVLARIVM.

Castellanus Cracouiensis ex quodam singulari Priuilegio, omnes secularis ordinis Senatores pręcedit.

PALATINI.

Palatinus Cracouiensis.
Posnaniensis.
Vilnensis.
Sendomiriensis.
Castellanus Vilnensis.
Palatinus Calisiensis.
Trocensis.

Siradiensis.
Castellanus Trocensis.
Palatinus Lencicię.
Capitaneus Samogitię.
Palatinus Brzestensis.
Kiouiensis.
Jnowlodzslauiensis.
Russię.
Volhinię.
Podolię.
Smolenscensis.
Lublinensis.
Polocensis.
Betzensis.
Nouogrodensis.
Plocensis.
Vitebscensis.
Masouię.

Podlachię.
Rauensis.
Brzescensis.
Culmensis.
Mscislauiensis.
Marieburgensis.
Braslauiensis.
Pomeranię.
Minscensis.
Vendensis.
Derpatensis.
Pernauiensis.

38

Palatinus quilibet est, primarius in ordine secularium Senator, & Dux exercitus seu Palatinatus. Sed præter mu-

nus

nus Senatorium, non exercet ſuum militiæ officium, niſi tempore Generalis ex vniuerſo Regno expeditionis, ad quam demùm non recurritur, niſi ingruente aliqua hoſtis potentiſsimi vi. Pacis tempore quod ſit eius officium, infra in Summula legum latius patet.

Caſtellani Maiores.

Hi propterea dicuntur maiores, quia cum cęteris Senatoribus, tàm Eccleſiaſticis quâm ſecularibus, ad omnia etiam ſecretiſsima conſilia admittuntur.

SVNT AVTEM HI

Posnamiensis.
Sendomiriensis.
Calisiensis.
Voinicensis.
Gnesnensis.
Siradiensis.
Lencicię.
Samogitię.
Brzestensis.
Kiouiensis.
Inowlozslauiensis.
Leopoliensis.
Volhinię.
Camenecensis.
Smolenscensis.
Lublinensis.
Polocensis.
Belzensis.

Nouo-

Nowogrodensis.
Plocensis.
Vitebscensis.
Czernensis.
Podlachię.
Rauensis.
Brzescensis.
Culmensis.
Mscislauiensis.
Elbingensis.
Braclauiensis.
Gedanensis.
Minscensis.

31.

Castellanus verò (sunt autem in quolibet Palatinatu quaterni, terni, bini, minimum) ad munus Senatori=

um,

um, quo itidem fungitur, vices obtinet sui in exercitu Palatini, illiusq; loco præest, sui quisque districtus Nobilitati, hac eadem generali ad bellum expeditione.

Castellani Minores.

Minores vocantur ideò, qui etiamsi cum cæteris supradictis Senatoribus Regni, Senatorum Priuilegiis in reliquis gaudeant, & sunt verè Senatores; à secretioribus tamen consiliis nonnunquàm excluduntur.

ET SVNT HI.

Sandecensis.

Medirecensis.

Vislicienſis.
Biecenſis.
Rogozinenſis.
Radomienſis.
Zauichoſtenſis.
Lendenſis.
Irzemenſis.
Zarnouienſis.
Małogoſtenſis.
Vielunenſis.
Premislienſis.
Halicienſis.
Sanocenſis.
Chełmenſis.
Dobrzynenſis.
Połanecenſis.
Premętenſis.
Criuinenſis.

Czechouiensis.
Naclensis:
Rosspieriensis.
Biechouiensis.
Bilgostiensis.
Brzezinensis.
Krusuiciensis.
Oswiecimensis.
Camenecensis.
Spicimirensis.
Jnowlodensis.
Koualiensis.
Santocensis.
Sochaczouiensis.
Varsouiensis.
Gostinensis.
Vilnensis.
Raciascensis.

Sieprcensis.
Visogrodiensis.
Ripinensis.
Zákrocimensis.
Ciechanouiensis.
Liuensis.
Stonscensis.
Lubaczouiensis.
Conariensis terrę Siradię.
Conariensis terrę Lencicię.
Conariensis terrę Cuiauię.
Vendensis.
Derpatensis.
Pernauiensis. 58.

Et hi sunt triplicis Ordinis Senatores Regni, Episcopi cum duobus Archiepiscopis, Palatini & Castellani.

Sequuntur Officiales Regni.

Hi ſunt duplicis ordini: Quidam ſunt ordinis Senatorij qui cum prædictis Senatoribus iiſdem prærogatiu vtuntur; Quidam ſunt extra ordinem Senatorium.

Ordinis Senatorij ſunt decem.

Marſchalcus Regni ſupremu.
Marſchalcus ſupremus M. D. Lith.
Cancellarius Regni.
Cancellarius. M. D. Lith.
Vicecancellarius Regni.

Vicecancellarius M. D. Lith.
Thesaurarius Regni.
Thesaurarius M. D. Lith.
Marschalcus Curię Regni.
Marschalcus Curię M. D. L.

MARSCHALCVS est magister aulæ Regiæ & administer consilij publici: penès quem, ius est conuocandi Senatum iussu Regis, vel Primatis: præstandi silentium & audientiam: faciendi potestatem in Comitiis dicendæ sententiæ: Legatos exteros aduentantes excipiendi, illisque de rebus necessariis prouidendi: eiiciendi è consilio eos qui ad id non perti-

nent: pronunciandi decreta Regia in cauſis infamiæ, vlti- mi ſuplicij, illaque exequen- di: promulgandi ad popu- lum Senatusconſulta: mo- derandi pompis publicis: Hoſpites illuſtres ſuſcipien- di: compeſcendi motus in- quietorum atque turbulen- torum, non modo circa Se- natum & in publico, ſed eti- am in priuatis Regis cæna- culis & habitaculis: animad- uertendi in delicta, quæ in loco & Oppido domicilij, ſi- ue hoſpitij Regij vel Comi- tiorum admittuntur. Deniq; in Comitiis & in comitatu

Regis diuersoria distribuendi: & imponendi rebus venalibus precia. Marschalci etiam est, in aulicum Regis comitatum & administros mensæ Regiæ, aliorumque munerum Aulicorum (profanos duntaxat intelligo) iurisdictio, censura & animaduersio, si suum negligant officium: vel contra decorum aliquid comittant. In publicis Conuentibus & Rege in publicum prodeunte, præfert erectum sceptrum ligneum vel baculum.

Hęc eadem priuilegia habent Marschalci Curię in absentia supremorum.

Cancellarius, Vicecancellarius, tàm Regni quàm M. D. Lith. nominibus & loco distincti; potestate & munere exæquati. Diplomatibus edictis, mandatis, epistolis, & aliis scripturis Regiis conscribendis atque signandis, quæque ad eum mittuntur accipiendis & legendis præsunt. Itaque in potestate sua habent signa Regia, Cancellarius quidem maius; Vicecancellarius minus. Auctoritas eorum eo vsque patet, vt multa in consulto Rege signare; quæ verò contra leges esse videntur, iubenti il-

li negare poſsint. Dant etiam reſponſa Regio nomine; & quibus de rebus conſilium haberi debet in Senatu proponunt. Denique Senatuſconſulta, Regiaque & Comitialia placita, ac decreta, literis mandant ac in publicum edunt. Sunt etiam cognitores priuatarum querimoniarum, & prouocationum ab Vrbanis & Opidanis Præfectorumque iudiciis, ad Regium Tribunal deuolutarum Secretariis, Scribis, Sacerdotibus, Cõcionatoribus & Cãtoribus Aulicis, ceremoniis circa Regẽ Eccleſiaſticis, vt

præſertim qui eſt de ſacro ordine, moderatur. Lege enim alterum ex iis ſacri, alterum profani ordinis eſſe oportet. Vnde conſuetudine longa introductum, vt Vicecancellarius mortuo Cancellario propter loci, & ſententiæ dicendæ prærogatiuam ſuccedat. Quare huic dignitati, viri doctrinâ inſignes & in Regni negotiis optime verſati ſemper ſolent deputari: qui prudenter, quid fieri, vel concedi poſsit, quid item non, Regem cum ſub Maieſtatis debita dignitate informent.

THESAVRARIVS ipso nomine indicat officium suum. Est enim promus & condus thesauri Regis: symbolorum seu insignium Regni, quæ sunt, corona, pomum, sceptrum & gladius; suppellectilis & redituum Regiorum, scripturarumque & monumentorum publicorum actor & moderator: quorumuis Questorum curatorum atque dispensatorum Regis & rationum reddendarum exactor: monetariæ officinæ Magister: stipendiorum tàm militarium, quàm aulicorum solutor. Reddendæ rationi

Regi obnoxius. Atque hic addendum necessario, Officiales istos Ordinis Senatorij etsi videantur loco esse postremo inter Senatores; auctoritas tamen eorum maxima, & quorum cuique ad primas in Regno dignitates, ipso iure patet aditus. Nam cum hi exequantur quidquid in Senatu vnquam conclusum fuerit, vti sufficientiam quisq; suam testatam facere; imò & diligentiam, in negotiis expediendis satagit: ita pro magis commendato & benè merito habetur.

OFFICIALES ORDINIS. NON SENATORII.

Officiales extra ordinem Senatorium diuiduntur rursus in tres classes: vel enim sunt totius Regni & Mag. Duc. Lith. vel sunt Districtuum & Castrorum; vel sunt Aulæ Regiæ.

TOTIVS REGNI SEV *generales sunt hi.*

Exercituum Regni Generalis.
Exercituum Regni Ducat. L.
Exercituum Regni campestris.
Exercituum M. D. Lith. campestris.

Militię aulicę prefectus.
Secretarius maior Regni, ſpiritualis.
Referendarius Reg. ſpiritualis
Referendarius M. D. Lith. ſpiritualis.
Referendarius Regni ſecularis.
Referendarius M. D. Lith. ſecularis.
Pocillatores vtriuſq; gentis. 2.
Dapum inciſores. 2.
Gladiferi etiam. 2.
Theſaurarius Curię Regni.
Theſaurarius M. D. L. Curię.
Theſaurarius Pruſsię.
Aſſeſſores iudiciorum Curię.
Notarius cauſarum Curię.
Notarius Cancellarię M. D. L.

Regentes Regni Cancellariæ.
Instigatores causarum fisci.
Notarij campestres.
Excubiarum contra Tartaros præfectus.
Theloneorum, Fodinarum Argenti, Plumbi, Salis, Præfecti.
Pecuniæ cudendæ Præfectus, & præfectus syluarum.

Vti officialibus ordinis Senatorij ad primas dignitates; ita hisce ad ordinem Senatorium maior patet aditus præcipuè verò Secretario Maiori & Referendariis. Censentur namque de Rege & Repub. esse præreliquis benè meriti: & qui ob vsum re-

rum & facultates ampliores, dignitatem Senatoriam tueri commodius possunt.

Exercituum Regni Generalis, & M. D. Lith. est Dux & moderator belli, secundũ Regem & vicarius Regis Ducit exercitum, capit locum castris : acies instruit: dat signum pugnæ & receptus:commeatus & annonæ curam in bello gerit precia rebus venalibus imponit : ponderibusque & mensuris earum, modum statuit: in deliquentes animaduertit : & vt paucis reliqua comprehendam, in exercitu & tempore

belli indicti, vterque auctori-
tate Regia plenipotenter v-
titur. Hoc etiam vsitatum in
hac dignitate conferenda,
quod fermè semper deman-
detur aliquibus ex ordine Se-
natorio, qui magis habentur
apti. Ideo non est quod mi-
retur quispiam, tàm amplas
dignitates, & quarum maxi-
mus in Polonia vsus, in Sena-
tu non censeri. Senatoribus
namque conferuntur: vel e-
tiam dignitas Senatoria con-
fertur vnâ, si quis ex priuatis
tanto muneri existimatur i-
doneus esse. Campestris Dux
Exercituum tàm Regni quàm

M. D. Lith: eſt Vicarius Generalis Ducis, à Rege datus. Excubiarum potiſsimum explorationumq; curam gerit, mercenarijs militibus, illo præſertim abſente, præeſt: totalemque iuriſdictionem in exercitu eodem tempore exercet.

Militiæ aulicæ præfectus, eſt præſes illorum militum, qui ad cuſtodiam Regiam, præſente Rege in Caſtris ordinantur, exercetque in eos iuriſdictioneͯ, ſecundum Regem plenariã. Durat autem eius poteſtas, quouſque Rex manet in Caſtris.

Secretarius maior Regni, abſentium Cancellariæ præſidum, vicem ſupplet in aulâ, & comitatu Regis: nec tamen vt illi, geſtat ſignum Regium, ſed quoties opus eſt, petito ab illo annulo ſignatorio, tàm diplomata publica, quàm epiſtolas ipſo præſente ſignat. Habet hic ſecundum Cancellarium prærogatiuam ante omnes, capeſſendi honores Epiſcopales, qui vacauerint. Habet & locum honoratiorem inter cæteros Officiales, tàm Aulæ quàm Terrarum, Diſtrictuum.

Referendarij vtriuſq; gen-

tis & ordinis, sunt supplicum libellorum Magistri, & quærimoniis hominum audiendis, Cancellariæque, vt verbo legis vtamur, referendis præsunt. Quin etiam in litibus vrbanis disceptandis, eidē Cancellariæ præsto sunt, eiusque permissu exponunt Regi cum consilio causas & controuersias litigantiū: habentque locum in Iudiciis Regis, extra Comitiorum tempus, celebrari solitis, sententiæ ferendæ.

Pocillatores vtriusq; gentis duo, ipso nomine indicant officia sua: quibus adiungere li-

re licet Dapum incisores.

Gladiferi in pompa publica Regi præferunt ensem.

Thesaurarius Curię Regni & M. D. Lith: supremi Thesaurarij Regni absentis vices gerit, adhibeturque aliquando & à præsente, ad pleraque omnia, quę ipsum cõcernunt.

Thesaurarius Prussiæ est, qui pecuniam omnem, & rationes à Præfectis & ministris bonorum Regis, & prouentuum, atque etiam tributorum publicorum exigit: & vel ipse administrat, vel Thesaurario Regni tradit.

Assessores iudiciorum Cu-

riæ, ſunt pleriq; officiales, qui in aula Regis præſentes ſunt, vt potè ſupplicum libellorum magiſtri, ſiue Referendarij, Vicecancellarius, & nonnulli ex Secretariis.

Regentes Cancellariæ ſunt illi, qui Notariis Curiæ cum poteſtate præſunt.

Inſtigator cauſarum fiſci eſt, qui bona iure caduco ad Regem & fiſcum eius deuoluta, iudicio à poſsidentibus repetit, & fiſco vendicat, ſiue illa ciuium, ſiue externorum, ſiue Nobilium per confiſcationem Regi competentia fuerint.

Notarius Campeſtris eſt Mercenariorum militū conſcriptor & ſtipendiorum ſolutor.

Præfectus excubiarū contra Tartaros, qui in finibus Regni verſus Scytas aſsiduas gerit excubias, ne inopinas excurſiones in Regnum faciant: teneturq; is ſemper tempeſtiuè Generalē exercituum præmonere, vt maturè hoſti cum Exercitu occurratur.

Præfecti Theloneorū ſunt: qui tributa & vectigalia Regni exigunt, eorumque rationes Regi competenti tempore reddunt.

Præfecti fodinarum argenti, plumbi, salis, curam gerunt horum metallorum, iurisdictionemque exercent in operarios: rationibus reddendis Regi obnoxij.

Præfecti pecuniæ cudendæ sunt potissimum Thesaurarij, ad quorum officium pertinet, vt proba & iusti valoris moneta in Regno cudatur.

Præfecti syluarum sunt, qui in syluis, in quibus Rex venationibus aliquando indulget, prohibent, ne quiuis promiscuè venetur.

OFFICIALES DISTRICTVVM.

OFFICIALES DISTRICTVVM *possunt commodè diuidi in duas classes, vt quidam sint Officiales Terrestres: quidam Officiales Castrenses.*

Terrestres Officiales sunt.

Succamerarius,
Vexilifer,
Judex,
Dapifer,
Pocillator,
Subiudex,
Subdapifer,
Pincerna,
Venator,

Tribunus,
Notarius,
Gladifer,
Questor.

SVCCAMERARIVS est, qui regendis finibus agrorũ ac bonorum Terrestriũ, tàm ad Regem, quàm ad Nobilitatem, capitula, ciues pertinentium præest. Qui iuratus oportet vt sit; habetque is ad id munus obeundum Vicarios, qui Camerarij vocantur: eosque sibi legit arbitratu suo, ex Equestri ordine eiusdem Territorij, & iureiurando adigit, mutatque quoties vult.

IVDEX Terrestris, causis & controuersiis priuatis, disceptandis & iudicandis, cum Subiudice præsidet, qui est eius socius, non Vicarius, loco tamen inferior: quibus adiungitur Notarius seu Actuarius Iudicij, qui habet quoque in illis iudiciis, ius dicendæ sententiæ.

TRIBVNVS, custos est arcis, in suo quisque territorio durante bello; ob eamque causam, vacationem habet militiæ.

QVÆSTOR est exactor contributionum publicarũ, in certo territorio, obno-

xius rationibus reddendis.

Cæterorum Officialium ministeria ex nominibus nota sunt.

OFFICIALES CASTRENSES.

Capitanei cum iurisdictione sunt Præfecti Arcium & Ciuitatum Regiarũ, qui vocantur brachium Regale. Isti Iudicia exercent, querelarum quidem nomine appellata, vt potè quæ fiunt in causis leuioribus, singulis duabus ordinariè septimanis. Castrensia verò, vbi videlicet disceptatur de causis grauioribus singulis sex septimanis: nisi quid obstet. Ha=

bent hi Vicecapitaneos, Iudices, Notarios, imò & familiam numerosiorem, & peditatum, ad prohibendum, ne cuipiam vis inferatur, vel insolentiores contra leges patriæ, impunè delinquant: Habent itaque iurisdictionē, coërtionemq́ue laté patèntem, non modò in agrestes & oppidanos: verumetiam in Equestris ordinis homines. Præterea omnium aliorum Iudicum Ecclesiasticorum iuxta ac profanorū sententias exequutioni mandare possunt, si exequutores, vel nolint, vel non proficiant.

Gerunt etiã curam commodorum & redituum Regis, qui ex re familiari, ac pensionibus oppidanorum proueniunt. Qui tamen reditus, quarta detracta, illis ob merita eximia donantur. Illis etiam inter reliquos Officiales cuiuscunque ordinis, maior patet ad ordinem Senatoriam capessendum aditus.

CAPITANEI sine iurisdictione sunt qui vulgò Tenutarij bonorum Regalium nuncupantur. Hi nulla iudicia exercent: insolentias tamen leuiores coërcendi ius quandoque habent.

Bvrgrabii ſunt cuſtodes Arcium, qui pacis iuxtà ac belli tempore, nocturnas, atque etiã quando opus eſt, diurnas excubias per ſe, vel per ſuos adminiſtros ſeruant, Capitanei auctoritati ſubiecti.

OFFICIALES AVLÆ REGIS.

Camerarius ſupremus,
Pocillatores,
Inciſores Dapum,
Vexilliferi,
Stabuli Pręfecti,
Culinę Pręfecti,
Curuum Pręfecti, *(res,*
Camerarij, vulgo lectiſtrato-

Pincerna,
Subdapifer,
Stabuli Uiceprefectus,
Venator Primarius,
Secretarij,
Dapiferi,
Aulici, quorum magnus nu-
Salariati, (merus,
Cubicularij,
Pueri Regij,
Notarius Thesauri maior,
Stipatores,
Doctores Medici,
Capellani,
Notarij Thesauri,
Musici,
Ostiarij,
Satellites,

Hoſpitiorum diſtributor,
Curuum Viceprefectus,
Diſpenſator,
Vini diſtributor,
Tubicines,
Tympaniſte,
Equiſones,
Argenti cuſtodes,
Culine familia,
Artifices generis omnis,
Artifices & famuli ſtabuli,
Artifices & famuli curuũ,
Venatores & aucupes,
Apparitores.

Horum Officialium munera, ex ipſis nominibus nota eſſe poſſunt : ſunt tamen plerique qui peculiare quid

habent: quorum officia paucis adnotabo.

Camerarius supremus pręest cubiculo, Lectistratoribus & cubicularijs Regis aduertitque, vt omnia pro dignitate Regis administrentur.

Subdapifer, curat, ordine fercula mensæ Regiæ adferri, præcedens, cum sceptro seu baculo Dapiferos.

Secretarij, quamuis nullum peculiare certumq; munus attributum habeant, ad nutum tamen Regis præstò sunt, in obeundis eius nomine legationibus, inscriptionibus, & lectionibus publi-

carum ac Regiarum ſcriptu-rarum: in acciendis & de-ducendis ad Regem, vel in Senatum Illuſtribus hoſpiti-bus, & Legatis Principum: in exquirendis & referendis ſententijs ægrotorum, & à conſilio abſentium primari-orum Senatorum: in reco-gnoſcendis pro Rege locis & factis, & cauſis controuerſis, Regiorum præſertim homi-num & adminiſtratorum, in-ter ipſos, vel cum Magiſtrati-bus ſuis: & ſi qua ſunt alia ho-neſta, & cum dignitate con-iuncta miniſteria.

AVLICI, quorum magnus

eſt numerus, ſunt primarij ex Nobilibus conſtituti, equis ſtipendia merentes, præſidij honoriſq; Regij cauſa, quem equeſtrem ſeu currulem equeſtres ferè comitantur. Qui equitatus numeroſus eſt atque ſplendidus: huic Marſchalci moderantur, & delinquentes omnes puniunt. Sunt etiam quidam Aulici, qui non habent neceſſe equos alere: hi prodeuntem in publicũ Regem pedeſtres deducunt. Quanquam in ſolennibus pompis non inuſitatum eſt, vt equites quoque equeſtrem Regem antecedant.

SALARIATI ſunt Concionatores, ſeruatores interioris cubiculi & ſimiles: quibus certa ſtipendia, & certa merces numerari ſolet.

Pueri Regij & Cubicularij præſto ſunt ad quæuis domeſtica Regis miniſteria. Cubiculariorum tamen peculiaris vſus eſt in acciendis in Senatum & ad Regem Conſiliarijs, & deferendis quoquo verſus literis, mandatis, edictiſque Regiis. Quam ad rem opidatim, & vicatim, illis mandato Regis equi ſubminiſtrantur.

Sed hæc de ordine SENATORVM ac OFFICIALIVM REGNI, AVLæQVæ REGIæ sufficiant.

Sequitur Summula Legum.

SVMMVLA LEGVM.

De dignitatis prærogatiua, & Officio Senatorum, ac Officialium Ordinis Senatorij, atque Officialium Ordinis non Senatorij; Districtunm, Castrensium, ex Statutis & Constitutionibus Regni Poloniæ, succinctissimè ab eodem Authore THEODORO ZAWACKI desumpta.

SENATORES.

Senatores ex Nobilibus tantum sint, tàm Spirituales, quam Seculares. Her. 77.

Senatores tàm Spirituales quám secula-

Seculares, in Conuentibus particularibus adsint, postulata Districtuum vnà cum Nobilitate connotent, atq; ad Conuentus Generales in qualibet Regni parte celebrari solitos referrant vt ibidem à Nobilitate correcta, tandem in Comitiis Regni ritè proponant. Const. 1565 & 1611. fol. 16.

Senatores nisi ad Conuentus particulares veniant, vel se in eisdem Conuentibus iustè excusent. Episcopi 40 Palatini & Maiores Castellani 20. Minores verò Castellani 10. Marcis fisco Regio mulctentur Her: 25.

Rex absque Senatu in negociis Reipub. nihil statuat. Cōst 1576. fol. 160

Senatu inuito Rex non nubat. Ibid. fol. eod.

Senatorum vota Rex conciliet. Ibid. fol. eod.

Sedecem Senatores in quibuslibet Comitiis deputentur, quolibet dimidio anni quatuor, vnus ex Episcopis, vnus ex Palatinis, duo Castellani, qui

semper

ſemper Regi adſint: ſine quorum con ſilio & ſcientia Rex nihil in negotiis Reipub. faciat. Conſt. 1576. fol. 148. & 159.

Ii quoque tenentur animaduertere, ne aliquid contra dignitatem Regiam & contra ius fiat, ex quibus in Comitiis reſpondere tenebuntur: Salaria Epiſcopis Ruſſiæ pro dimidio anno 500. floreni; ſimiliter & aliis Senatoribus ſecularibus ex theſauro ſoluantur. Epiſcopi Poloniæ ſuo ſumptu adſint. Qui Senatores poſt Comitia, intra quatuor ſeptimanas, ad Regiam maieſtatem conueniant, ſub pæna mille marcarum: Senatores verò Spirituales, ſub pæna ſex millium marcarum. pro qua pæna Nuncij Terreſtres in Comitiis inſtigare poſſunt, quam pænam Senatores Seculares in duabus Septimanis poſt incepta Comitia, ſub alia ſimili pæna, & ſub priuatione dignitatis, ſoluere tenebuntur: quæ pæna à Senatoribus Regni

ad defenſionem & neceſſitatem Reip. Rauam à Senatoribus Mag. Duc. Lith. ad Theſaurarios Mag: Duc. Lith. conuerti debet. Hi autem Senatores cum Officialibus Regni & Mag. Duc. Lith. de omnibus negotiis publicis, & ad Rempub. pertinentibus conſultare debent, eorumque in publicis negociis Senatuſconſulta, Cancellaria R. Maieſt. in Acta inducere debet cum ſub ſcriptione manuum illorum: quæ publica negotia, cum conſilio & ſcientia horum 16. Senatorum, Rex expedire debet. Ex quibus illi rationem in Comitiis dabunt. Salaria à Dominis Theſaurariis vtriuſque gentis ſtatim illis dentur, ſub pæna ſolutionis de ſuo. Pro qua in Tribunali cum Theſaurariis inter cauſas reſeruatas DD. Senatoribus licet agere. Conſt. 1607. fol. 4.

Conſtitutione ſuperiori in omnibus punctis in ſuo eſſe conſeruata, pæna pecuniaria ſuper Seculares & Spi_

rituales Senatores 2000 Marcarum est constituta. Pro qua pæna in principio Conuentionis, Nuncij Terrestres per Marschalcum suum instigare; & vsque ad exequutionem, tàm contra Seculares quàm Spirituales, non obstante cuiusuis contradictione, prosequi tenentur. Quam pænam à S. R. Maiestate, tàm in præsentes quam in absentes, in contumaciam obtentam & lucratam, Instigator Regiæ Maiestatis, instigante Officio Thesauri, sub pæna bannitionis, super Seculares ex bonis hæreditariis; super Spirituales ex prouentibus bonisque mobilibus & imobilibus, si ea habuerint; in composito iudicio, inter causas fisci non alio processu, quam statim sicut pro pæna publica ad banniendum intentato: Magni verò Ducatus Lith. in quouis termino, prosequi tenetur, Quæ pæna à Senatoribus M D. Lith. prout in Regno Poloniæ, in defensionem Regni, ad Thesaurari-

um Lithuaniæ conferri debet. Præsentia horum DD. Senatorum, intelligi debet intra fines Regni, & M. D. Lith. Const. 1609. fol. 4.

Absque Senatu Rex legationes non decernat. Const. 1576. fol. 159.

Cum Senatoribus Regni in Curia præsentibus, Rex legationes quæ Rempub non tangunt, expedire potest. Ibidem.

Iuramentum Senatorum Regni.

Ego N. iuro, quia Serenissimo Principi & Domino D. A Regi Poloniæ fidelis ero, pro eiusq; Maiestate & Reipublicæ Regni sui fideliter consulam, & in iudicio iustè sententiam dicam: Secreta quæ mihi per suam Maiestatem & Consiliarios eius dicentur, contingentia, vel Maiestatem Regiam, vel Rempublicam, aut

vtrunque, nemini in iacturam Regiam & Reipublicæ pandam, & pro posse meo vtilitates suæ Maiestatis Regiæ Regni & Reipub. augmentabo: quicquid verò sciuero, intellexero, aut sensero suæ Maiestati Regiæ, Regno & Reipublicæ nocibile & damnosum, præcustodiam: & ne fiat, me opponam, & illud auertam. Sic me Deus adiuuet, & hoc sacrum Euangelium, aut hæc sancta Crux.

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus eſt Primas Regni Poloniæ. Her. 35.

Ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Rex coronetur. Her. 8.

Coram Archiepiſcopo ſi quis gladium ſtrinxerit, ſiue vulnerauerit, ſiue non; quatuordecim, ſi verò turpia verba dixerit, trium marcarum pœna puniatur: Her. 252,

Episcopi.

In vim perpetuæ legis cautum est ne quis Episcopatus in derogationem iuris Regij impetret, alioquin impetratio irrita sit & inanis. Const. 1588. fol. 40.

Ecclesiam per Patronum prouisam, & dotatam, Episcopus confirmabit & dotabit. Her. 229.

Thesauros Ecclesiarum Episcopi in bonis Regalibus, cum Capitaneis seu Tenutariis: in bonis vero Nobilium cum collatoribus conscribant, Her. Ibidem.

Palatini.

Palatini in Capitaneos eligi non possunt, præter Capitaneum Craco uiensem. Her. 175.

Palatini officiis suis satisfaciant sub pœna 100. marcarum, & videant ne Iudicia intermittantur· Her. 176.

Palatinus rerum venditiones mo-

deretur, contra venientes suæ moderationi puniat, mensurasque & modos vendendi in Ciuitatibus constituat, idque singulis annis sub pæna magna Regali, Her. 175.

Palatini precia rebus imponant iuxta quod apud externos emptæ fuerint: contemptores verò constitutionum Palatinalium priuentur mercibus. Her. 176.

Palatino precia rebus imponenti Consules adsint, & Constitutiones exequantur sub pæna 100. marc cuius tertia pars Palatino, duæ Regi debentur. Her. 177.

Palatini suis officiis in constituendis rerum preciis & mensuris satisfaciant: transgressores Constitutionum Palatinalium quatuordecem marcarum; Consules verò in eos non animaduertentes 100. marc. pæna: & negligens itidem Palatinus puniatur. Her. Ibidem.

Ciues renitentes ordinationi, Pala-

tinus habet facultatem puniendi, mutilandi. Her. 175.

Palatini officia sua in constituendis rerum venalium preciis exerceant sub pœna 100. marc. cuius medietas fisco, alia parti instiganti cedat. Ciues verò negligentes & Nobiles subditos suos ad seruandas constitutiones Palatinales non cogentes pœna 14. marc. puniantur. Her. 177.

Palatinus ad minus bis in anno cũ Capitaneo, vel Vicecapitaneo, Consulibus, Scabinis & senioribus artificum precia rebus tàm domesticis (excepto frumento) quàm externis imponat, idque in prætorio primariæ Ciuitatis sui Palatinatus: constitutiones eiusmodi publicentur. Transgressor eorum ad Proconsulem citetur peremptoriè & pœna 14. marcarum puniatur, cuius medietas Palatino, alia parti instiganti cedet. negans per iuramentum euadat, negligens Proconsul per Palatinale officium ad pretorium

peremptoriè vocatus, quoties negligentiæ conuictus fuerit toties pænam 100 marcarum luat, cuius duæ partes Regi, tertia Palatino cedat. salua tamen appellatione, Rem hoc nomine iudicatam exequatur Capitaneus sub pæna 100. marc. Proconsules Nobilium coram Dominis conueniantur, & negligentiæ rei 14. marc. pæna mulctentur, inter Dominum & actorem per medium diuidenda. Palatinus negligens itidem pæna 100. marc puniatur. Nobiles verò ex suis Proconsulibus iustitiam denegantes ad Iudicium terrestræ citati, pæna 14. marcarum puniantur, cuius medietas Iudicio, alia actori debetur : salua appellatione. Const. 1565 fol 51. & 52.

Peccans contra Constitutiones Palatinales; deferatur ad officium Palatinale, quod, cum iniuriam passo agat contra iniuriantem : in absentia verò officij Palatinalis, exequutionem faciat Magistratus Ciuilis. Const. 1578. fol. 193.

Proconſul non exequens Conſtitutiones Palatinales, etiam officio Palatini vel Capitanei accuſetur: vbi vero vtrumque iudicium idem ſenſerit transeat in rem iudicatam: ſi diſsenſerit, ad Regem ſumptibus Ciuitatis remittatur, quæ ſi intra duodecem ſeptimanas in Regno; octodecem extra Regnum finita non fuerit, ſententia Palatini obtineat, Conſt. 1581. fol. 217.

Quando Palatinus, vel Vicepalatinus, cum officio Capitanei & Officialibus ad id pertinentibus, prout ſuperius ſcriptum eſt, precium rebus impoſuerit, hanc Conſtitutionem vnanimi conſenſu ſubſcriptam & publicatam, ſine vllis excuſationibus, & appellationibus Officium Ciuile exequi tenebitur, 50. marc. pro qua forum coram Palatino vel Capitaneo, aut iudicio eorum in abſentia illorum habent, iuxta Conſt. 1581. Quam cauſam S. Regia Maieſtas cum pro informatione remittetur, ſine dilationibus

& limi-

& limitationibus, cum Senatoribus lateri eius asidentibus expedire debet. Si vero cognitionem Serenissimus Rex intra tempus præfinitum in Constitutio: 1581. non fecerit: tunc sententia Palatini seu eius Vicepalatini rata esse debet. Palatini in eo passu negligentes citati ad instantiam cuiusuis pæna 100. marcarum subiacebunt: in Iudiciis Tribunalis Regni termino peremptorio inter causas officij repetenda, Domini Spirituales & Seculares, pro non administrata iustitia ex Ciuibus ad terminos terrestres peremptoriè citati (salua appellatione ad Tribunal) pæna 50. mar. puniantur. C. 1607. fol. 22.

Palatini sicut in reliquis, quæ ad Officium illorum pertinent diligentes esse debent; ita non minus animaduertere ne Iudicia iustis temporibus intermittantur. Her. 176.

Palatinus eiusué Iudex Iudæos Iudicat. Her. 130.

Palatini

Palatini Ministeriales instituere, & eos iudicare, si exceserint, proque afflictione atque vulneribus, vel capita eorundem pænas exigendi & leuandi omnimodam habent potestatem. Her. 175. Const. 1578. fol. 190.

Palatini terrarum ascitis sibi Capitaneis locorum, pannorum & aliarum rerum precia atque mensuras indicere, instituere, moderari & erigere debent, prouidendo ne circa easdem mensuras, & precia fraudes comittantur. Her. 176.

Palatini ingruente generali expeditione bellica, officia sua in constituendis rebus venalibus diligenter iuxta antiquum statutum exerceant. Quos Capitanei locorum in eisdem officiis obeundis minimè impediant, sed illos omni ope sua adiuuent. Vtque ipsi Palatini. ita precia rebus imponant, vt non pluris vendantur post emissas literas restium quam aliâs mercatores & artifices vendi consueuerunt Her. Ibid.

Pala-

Palatini in expeditione generali cum Castellanis districtus ordinent. Vide infra de Castellanis.

Palatinatus non aduenis, sed indigenis Nobilibus in iis terris, in quibus dignitatem habent residentibus dari debent. Her. 17.

CASTELLANI.

Pro capite olim Castellani iudicabãt. Sed hoc abrogatum est per posteriores leges. Her. 107.

Castellanus in Burgrabium Cracouiensem eligi non potest. Const 1562. fol. 12.

Castellanus non potest simul gerere Capitaneatum, cuius est Castellanus excepto Castellano Cracouien: Ibidem fol 14.

Æger qui in bellum ire non potest Castellano præsentetur. Her. 14.

Castellani exercitus suos ducant & ab inferendis damnis cohibeant alio-

quin

quin damna resarciant, & pænam 14. marc. Regi luant. Palatini verò cum Castellanis districtus ordinent, quos Castellani ducant, quatriduo tamen in loco certo exspectent, tandem ad locum restibus assignatum venientes, Palatino districtum tradant. Si vero Castellanus morbo aut aliqua causa impeditus absit, Nobilem in locum suum substituat Her. 36.

Castellanus ad bellum iturus tres vel quatuor dies in certo loco expectet. Nobiles verò qui ad Castellanum opportunè non venerint, si ipsi absq; Castellano damna dederint in duplo soluant. Castellanus quoque cum districtu suo procedens, statiua in villis non habeat, kmethonibus commeatum negantibus per familiares suos recipiat, & inter omnes diuidat.

Parata autem pecunia omnia soluantur: fenum quantum vnus equus ferre potest vno grosso: quantum duo, duobus, quantum tres, tribus,

quantum quatuor : casula siliginis tribus grossis : bos media marc. iuuenca grossis 16. porcus gros. 12. aries gros. 3. anseres, pulli, iuxta Statuta. Her. 36.

DE OFFICIALIBVS REGNI.

Ordinis Senatorij.

MARSCHALCVS.

Marschalcus de quibuscunque terris hominibus conferatur. Her 153.

Marschalcus dignitates & officia simul non teneat. Her. 171.

Marschalci sint cæremoniarum, & Curiæ Magistri, Aulicos conscribant, soluant, diligentes & negligentes sciant & arceant, malos puniant, hospites excipiant, foralia exigant, & pretia rebus præsente Rege imponant.

Absente verò Marschalco supremo Marschalcus Curiæ officium administret. Her. 187.

Iuramentum Marſchalci.

Ego N. iuro, quod Sereniſſimo Principi & Domino D. A. Regi Poloniæ, & eius ſucceſſoribus, & Regno Poloniæ, in hoc Officio Marſchalcatus mihi commiſſo, fidelis ero, illudque tam in Conuentibus publicis quam etiam in aliis locis, in Aula Maieſtatis Regiæ, ſumma fide & diligentia adminiſtrabo, non priuati mei alicuius quæſtus, ſed dignitatis & vtilitatis tantum Maieſtatis Regiæ, & Regni Poloniæ gratia. In conſilium Maieſtatis Regiæ adhibitus, illud ego fidele Maieſtati eius, & Regno Poloniæ præſtabo. Nulla ſecreta, quæ mihi aliquãdo à Maieſtate Regia, vel Senatoribus Regni cõmunicata fuerint, præter voluntatem, vel in præiudiciũ Maieſtatis eius & Regni Poloniæ reuelabo. Pericula omnia quæ immi-

nere Regno vel Regi Poloniæ sciuero aut opinabor, Maiestati eius & cæteris Senatoribus indicabo, & pro posse meo auertam. Personæ cuiuscunque dignitatis rationem pro loco & tempore habebo. Seditiones contentiones, rixas, scandala, excessus, maleficia, ne fiant in Aula Regia, & in Conuentibus publicis, omni mea opera & diligentia prouidebo. Quod si fortè aliqua eiusmodi acciderint, ea, quantum in me erit, sedabo, aut animaduersione iusta vindicabo, idq́; consensu, iussu & authoritate Maiestatis Regiæ. Cæteraq́; officij mei munera & onera, iuxta præscriptum Statutorum Regni, fideliter obseruabo : idq́; non sine mutuo consilio & consensu cæterorum Regni Consiliariorum & Officialium, qui præsentes in Aula fuerint. Sic me Deus adiuuet, & Sancta Dei Crux.

Cancellarius.

Cancellarius & Vicecancellariatu de quibuſcunque terris hominibu conferatur. Her. 153.

In Cancellariatu & Vicecancellariatu Regni, alter ſit Spiritualis, alte Secularis. Her. 32.

Cancellarius & Vicecancellarius Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturas, Dignitates & beneficia expectent. Her. 31.

Cancellarius & Vicecancellariu adepto Epiſcopatu Gneſnenſi, Cracouienſi, Vladiſlauienſi, Poſnanienſi Varmienſi, Plocenſi, vel ſecularis Palatinatu aut Caſtellanatu aliquo, cedere officio Cancellariatus tenetur. Her Ibidem.

Cancellarius & Vicecancellarius literas alienationis bonorum Regalium ne extradant, ſub priuatione officij. Conſt. 1562. fol. 13.

Cancellarij literas iuri contraria

non dent. Iuri autem contrariæ censentur: Inhibitiones absq; necessitate Reip. datæ: Commissiones nisi grani cierum, diuisionis inter fratres, vel de consensu partium: & libertationes ab expeditione bellica. Her. 31.

Cancellarius & Vicecancellarius acta Cancellariæ Regiæ, sub custodia sua habeant, & vnum aut duos Notarios iuratos seruent, qui omnia priuilegia, decreta & recognitiones, & alia quæ ad necessitatē & assecurationem hominum coram Rege fiunt, & sub sigillo Regio extradi solent, sincere & fideliter in eiusmodi acta siue Regestra inscribant. Her. 131.

Priuilegium amissum oblatum & approbatum si quis perdiderit Cancellaria aliud simile sub sigillo det. Her 31.

Literæ in Cancellaria Regia ita soluantur a Nobilitate: á citatione nihil: à Procuratorio grossi sex: à commissione cum mandato grossi decem: à consensu super bona Regalia floreni duo:

á literis clausis grossi sex: á literis perpetuis in pargameno floreni decem. á communibus inscriptionibus floreni quatuor: Ciues verò Iudæi & extranei soluant iuxta arbitrium Cancellariæ Her. 32.

Iuramentum Cancellarij & Vicecancellarij.

Ego N. Cancellarius Regni iuro. Quod Serenissimo Principi D. Domino A. Poloniæ Regi & Maiestatis eius successoribus, ac Regno Poloniæ, in hoc officio Cancellariatus mihi commisso fidelis ero. Nullas literas pargameneas sine scitu & expressa voluntate Regiæ Maiestatis tradã, papireas vero nullas, tàm in Regno, quam extra Regnum, quæ vel Regiæ dignitati aut honestati derogent, vel ex quibus damnum aliquod ad Maiestatem eius, vel Regnum peruenire

tire poſſit; & quæ iuri communi & libertatibus aduerſantur, aut literis ex Cancellaria datis contrarius eſſe ſciuero. Membranas item nullas vnquam tradam præterquam papyreas, idque ſciente tantum, aut iubente Regia maieſtate. Conſilium fidele maieſtati ſuæ & Reipub. præſtabo: neque vlla vnquam ſecreta, quæ mihi communicata fuerint, præter ſuæ maieſtatis voluntatem, & mandatum reuelabo, & pericula omnia quæ imminere, vel eius maieſtati vel Regno vndecunque ſciuero & cognouero, maieſtati eius deferam, & pro poſſe meo auertam. Sic me Deus adiuuet & hæc ſancta Dei Euangelia.

Theſaurarius.

Theſaurarius dignitates & officia non gerat. Conſt. 1565 Fol. 44.

Theſaurarius coronas & Theſauros Regni aſſeruet, ſententiam dicat,

accepti & expensi rationes teneat Magister monetarum sit, expeditiones & rationes stipendiariorum Curiensium, aliorumque Regi seruientium, & debita Regia notet.

In absentia Thesaurarij, Vicethesaurarius munus eius obeat. Her 278.

Thesaurus nouo Thesaurario per quatuor Dignitarios tradatur, qui Regestrum eius conscribant, atque vnum Regi, alterum Thesaurario dent, tertium ipsi asseruent. Constitut. 1553 Fol. 21.

Regia diademata Thesaurarius Regni Cracouiæ asseruet, idque sub clauibus Castellani Cracouiensis, Posnaniensis, Wilnensis, Sendomiriensis, Calissiensis, Trocensis, qui eas non aperiant, nisi omnium Ordinum consensu. Absens ex iusta causa, clauem mittat: defuncti verò sigillum & claustrum per reliquos aperiatur Const 1576. Fol. 149.

Thesaurarij propter dandam melio-

rem informationem in actionibus fisci, Iudiciis assessorialibus assideant, vel in absentia sua, Notarios suos iuratos substituant. Con. 1607. fol. 16.

Thesaurarius post mortem Tenutarij bona Regalia prouideat, & cui concessa fuerint ab eo rationes exigat, iuxta Inuentarios per Reuisores factos. Rex gratiam alicui facturus ex suo id faciat salua Quarta. Thesaurarius quoque in Conuentu rationem reddat, sub pœna priuationis officij. Const. 1562. Fol. 13.

Defuncto tenutariio, Thesaurarius ex mandato Regio possessionem apprehendat, donec bona illa vacantia, alicui conferantur, ne Quartæ quid decedat, alioquin de suo Thesaurarius refundet, sub officij priuatione. Con. 1569 Fol. 105.

Absentia Thesaurarij si sit ex iusta causa non impediat perceptionem Quartæ, modò Nobilem possessionatum, & honestum cum sufficienti man

 dato

dato, clauibus & ſigillo ſuo ſubſtituat. Ibidem.

Theſaurarius, ex Quarta in Conuentu coram Rege, Senatu, & Ordinibus rationem reddat, idque quietationibus non niſi ſtipendiorum nomine factis Ibidem.

Salarium Theſaurarij ratione quartæ partis, mille florenni ſint. Ibid.

Damnum quartæ partis, ſi Theſaurarius Inſtigatori non detulerit, vel Inſtigator ſi id neglexerit, reſarciat. Conſtit. 1590. Fol 22.

Iuramentum Theſaurarii.

Ego N. iuro. Quod Sereniſſimo Principi & Domino D. A. Regi Poloniæ & maieſtatis eius ſucceſſoribus ac Regno Poloniæ in hoc officio Theſaurariatus mihi commiſſo fidelis ero, illudque ſumma fide & diligentia adminiſtrabo: non priuati mei quæſtus, ſed dignitatis tantum & vtilitatis maieſtatis

ieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ gratia. Coronam & alia inſignia Regni, priuilegia & Theſauros omnes Regni, diligenter conſeruabo. Reditus omnes & ſingulos Regni, & omnia quæ ad fiſcum Regni pertinent ſumma cura & fidelitate exigam & diſpenſabo. Curam monetæ cudendæ, quando vſus poſtulauerit; rationes ærarij, expeditiones militum, Aulicorum legatorum, & omnium eorum negotiorum quæ ad vſus priuatos & publicos maieſtatis Regiæ, & Regni Poloniæ pertinent, cæteraq; omnia mei officij munera omnia, fideliter & ſecundum præſcriptum Statutorum Regni procurabo, idque non ſine mandato maieſtatis Regiæ, & conſilio Conſiliariorum & Officialium Regni. In conſilio maieſtatis Regiæ, & Regno Poloniæ fidele conſilium dabo. Nulla ſecreta quæ mihi á ma-

iestate Regia, vel á Senatoribus Regni communicata fuerint, præter voluntatem & in præiudicium maiestatis Regiæ, & Regni Poloniæ reuelabo. Pericula omnia quæ imminere Regno, vel Regi Poloniæ putauero, maiestati suæ & Senatoribus Regni indicabo, & pro posse meo auertam. Sic me Deus adiuuet, & S. Dei Crux.

DE OFFICIALIBUS Ordinis non Senatorij.

Exercituum Regni Generalis.

EXercituum Dux Generalis attendere debet, vt Rotmagistri Quartenses sint possessionati, & in arte militari exercitati. Const. 1591. Fol.

Duci Exercituum licitum est audi-

tis sententiis Rotmagistrorū &, com-militonum, vt illi videbitur maximè esse secundum Deum conscientiam, & ex disciplina militari, insolentes & excessiuos milites punire. Con. 1591.

Qui in exercitu, facto aliquo facinore absentauerit se, Dux exercituum, & in absentia eius Dux Campestris contra quemlibet eiusmodi excessiuum potestatem exequendi habet in præsentem pænæ capitis, in absentem per contumaciam pænæ infamiæ, & eum punire secundum consuetudinem antiquitus in eo passu obseruatas Constit. 1601. Fol. 10.

Dux Exercituum, milites benè meritos, Regi cōmendet. Cō. 1607. fol. 38.

Quicquid Duces Exercituum iuxta articulos suos publicatos facient, id inuiolabiliter seruandum est, & in dubium vocari non debet. Ibid.

Si iniuria affectus à militibus, decreto Ducis exercituum, se contentari noluerit, apellare potest ad Tribunal:

quę actiones inter causas conseruatas, intra spatium quatuor septimanarum, ex speciali Regestro expediantur: & huius Decreti Tribunalis Regni, Dux exercituum exequutionem faciat. Const. 1609. Fol. 5.

Iurisdictio Ducis Exercituum, tam in actionibus Criminalibus, quam in aliis omnibus damnis & iniuriis authoritate Conuentus est confirmata: dataque est ei facultas iudicandi, vitæ & necis contra delinquentes secundum consuetudinem antiquam Ducis Exercituum: & nullæ appellationes ab eo admitti debent, excepto, si aliquis iniuria affectus contentari noluerit decreto eius, tunc Constit. anni 1609. de prosequenda iusticia in Tribunali in suo robore est conseruata, hoc addendo, quòd non solum cum Rotmagistro, sed etiam cum commilitone eius, forum iniuria affectus in Tribunali habeat. Con. 1613. Fol. 2.

Quidquid Duces Exercituum, con-

tra militem delinquentem decreto suo statuerint, eorum omnium exequutio sufficiens; sicut decretorum Comitialium fieri debet in bonis & personis per Capitaneos: & nunquam à nemine in dubium & disquisitionem vocari debet. Con. 1609. Fol. 5.

Duces Exercituum Tartaros Mag. D. Lith. pro Rotmagistris non habeant, sub pæna mille marcarum: pro qua forum in Tribunali, inter causas officij, ad instantiam cuiusuis. Const. 1613. Fol. 2.

Milites non in bonis Regalibus, sed in campis in confinio, vbi necesse fuerit, iuxta sententiam Ducis Exercitum, stationes habeant. Constit. 1613. Fol. 3.

Milites omnes Duci Exercituum sint subiecti, secundum articulos eius publicatos, per quem vel officium eius vnicuique iusticia peremptorie in instanti administretur. Constit. 1591. Fol. 13.

Dux

Dux Exercituum ad suum & amicorum suorum priuatum vsum exercitu non vtatur, sub pœna bannitionis. Ibidem.

Duces Exercituum, militibus assecurationes in posterum super stipendia, sine consensu Regio non dent. Const. 163. Fol. 3.

Iuramentum Ducis Exercituum, tempore Interregni.

Ego N. iuro. Quia exercitu mihi tradito fideliter praero, & opera illius tantum ad reprimendas inuasiones inimicorum extraneorum hostiles vtar: fines Regni tutos pro viribus præstabo: dignitatem & securitatem Reipub: quantum potero defendam: & si (quod Deus auertat) Regnum seditio inuaserit, nulli parti adhærebo. Tempora vero de bonis in fini-

bus militum & me ipsum continebo. Damna incolis Russiæ, Podoliæ, Volhiniæ nulla inferam, & ne á militibus inferantur omni ratione prouidebo. Pensiones vero tám ab Ecclesiasticis, quam ab aliis personis quibusuis, nullas omninò exigam, & ne milites mei exigant efficiam. Sic me Deus adiuuet & hæc S. Crux.

Secretarius Maior.

Secretarius Maior vnus sit, qui ad secretas expeditiones admittatur, & Prælaturas, dignitates, beneficia expectet, atque Cancellariis succedat. Her. 239.

Secretarium Maiorem Rex promoueat pro meritorum ratione. Her. 13.

Iuramentum Secretariorum.

Ego N. iuro Quia Serenissimo Principi & D. Domino N. Regi Poloniæ fidelis

ero: secreta quæ mihi per suam maiestatem & Consiliarios dicentur, contingentia vel maiestatem Regiam, vel Rempub. aut utrunque, nemini in iacturam Regiam & Reipub. pandam, Quicquid verò sciuero, intellexero aut sensero, suæ maiestati Regiæ, Regno & Reipub. nocibile & damnosum, præcustodiam. Sic me Deus adiuuet.

Referendarij.

In Curia sint duo Iurisperiti, alter spiritualis, alter secularis, qui querelas ac preces supplicum audiant, Officialibusque Cancellariæ arbitrio Regis (iure tamen) decidendas refferant, eorum verò officia ab officiis Iudicum Terrestrium diuersa sunto Her. 221.

Referendarij Iudicum officia ne inuadant, sed tantùm circa Regem causas audiant. Her Ibid.

Referendarij causas Theutonicas audiant. Her. ibidem.

Iuramentum Referendariorum.

Ego N. iuro. Quia Serenissimo Principi & Domino D.N. Regi Poloniæ fidelis ero: secreta quæ mihi per suam maiestatem & Consiliarios eius dicentur, contingentia vel maiestatem Regiam vel Rempub. aut vtrumq́, nemini in iacturam Regiam, aut Reipub. pandam: iustè secundùm Deum, ius scriptum: æquitatem & partium controuersias, postulationes iuridicas, & Regiæ maiestati secreta referam, diuitis & pauperis, amici & inimici, ciuis & peregni, discrimine sublato. & neque fauorem vel odium, neque præmium, neque pœnam mihi propositam curabo, sed in iudicando, consulendo, referendo, partium controuersias, solum Deum & iusticiam sanctam, & æquitatem, in iisq́ omnibus conscientiæ meæ iudicium sequar & audiam, aliaq́ negotia officio meo incumbentia fideliter, & pro posse meo peragam. Sic me Deus adiuuet & hæc Sancta Dei Euangelia.

Insti-

Instigator.

Instigator neque ad instantiam sui, neque ex delatione cuiusquam post Curiam citet, nisi in causis ad praeminentiam, prouentus, & bona Regalia pertinentibus Her. 25.

Tam Instigator, quam Donatarius Regius pro bonis in Reuisione non cognitis, non nisi in Comitiis agat Contrauenientes huic Constitutioni delatores (qui in omnibus citationibus poni expressè debent) quingentis marcis puniantur, apud Tribunal inter causas officij peremptoriè exigens Const. 1598 Fol. 7.

DE OFFICIALIBVS TERRESTRIBVS.

Succamerarius.

Succamerarij antiquo more eligantur, post cessum vel decessum eorum in sex septimanis Palatinus Conuen

tum indicat, hoc negligente, perficiat Castellanus. Con. 1588. Fol. 28.

Succamerarij coram Officialibus Terrestribus & Nobilitate in terminis Terrestribus iurent. Ibid. fol. eodem & Fol. 12.

Iuramentum Succamerarij.

Ego N. iuro Deo, quia iustè secundùm Deum, ius scriptum, aquitatem & partium controuersiis iudicabo, easdemq; contro uersias diligenter audiam, & eas annotabo, signa granicierum & similitudines earum, considerabo, & fideliter circumscribam: libros quoq; meos & antecessorum meorum, fideliter seruabo, & in eos actícabo, & in iudicio nullum respectum personarū amici, & inimici, diuitis & pauperis, peregrini & incola habebo: neminisq; in hoc meo Iudicio fauorem, aut odium monstrabo, nec donum à nemine respectu huius Iudicij accipiam, Sic me Deus adiuuet & hoc sacrum Euangelium.

Grani-

Granicierum talis processus obseruatur.

Primùm actor ad Iudicium Terrestre reum citat simpliciter pro Actoratu, absque vlla positione taxæ. Si reus in primo termino non comparuerit, in pœna contumaciæ condemnatur: Secundo non comparens, in lucro condemnatur, vbi Actor lucratur Actoratum, & ad campum cum parato Actoratu remittitur. Tandem per Succamerarium reus per literas Innotescentiæ vocatur, ad attentandum actorem iurare cum testibus super ductione limitum seu graniciérum. Her. 266.

In termino Innotescentiæ reus ad nullam de actoratu controuersiam admittitur, sed actor pro libitu suo, officium ducit, & scopulos erigit, non obstantibus quibusuis probationibus, & quantumuis euidentibus signis citati: ita tamen vt in vltimo aciali scopulo,

actor

actor cum sex testibus iuret, se nihil vicino ademisse. Her 267.

Idem fiet, si neque in campo reus comparuerit. Succamerarius vero post præstitum iuramentum decernat limites robur perpetuum habere debere. Cuius Decreti, totiusque processus seriem Succamerarius sub suo sigillo, ad Terminos Terrestres remittat, qui ibidem actis inseratur. Her. 268.

Si cum Succamerario actio limitum intercedat, viciniorem Succamerarium, aut eius Camerarium, vel Officialem Terrestrem sui Palatinatus vel districtus in suum locum substituat; qui subscribat Innotescentiam suam, & actum Granicialem, sub pœna de Commissariis sancita perficiat. Const. 1601. Fol. 8.

Succamerarius in Graniciebus constituendis, ante omnia naturalem limitem, puta, riuum, flumen, eiusque alueum nouum vel antiquum spectet

Et attendat, si riuus naturaliter & sponte, an per industriam auersus est; si sponte antiquus alueus pro limitibus esto: si verò per industriam auersus est, nouus alueus limites faciat, antiquus verò totus ad illum pertineat, in cuius hæreditate situs est.

Succamerarius eum qui ad minus tres scopulos, vel in syluis signa crucis in arboribus, vel in campis notabiliora signa ostenderit, sub fide & honore ad probationem admittat; vbi verò vtrinq; nulla signa sint, actori probatio deferatur cum testibus. Her. 268.

Succamerarius partibus terminum ne prorroget nisi consentiant, aut caussa subsit. sub pæna 14. marc. per Regem exigenda. Her. ibidem.

Succamerarius decretum suum in constituendis graniciebus, totamque processus seriem sub suo sygillo ad terminos Terrestres remittat, qui ibidem Actis inseratur. Her. 268.

Succamerario inique moto, pæna

ex marcarum; Camerario eius sex scotorum debetur. Her 269.

Succamerariis pæna dicta Koc, (quæ est sex marc.) ab Officio Terrestri in Tribunali recipiatur, & illis reddatur. Const. 1588. fol. 28.

Succamerario & eius Camerario, à singulis limitibus tres marcæ debentur. Her. 269.

Iudex.

Iudex vnus sit in qualibet terra. Her. 124.

Iudex Terrestris Capitaneus esse non potest. Her. 125.

Iudex per Nobilitatem eligatur, Rex verò non alium quam vnum ex quatuor electis, & per literas declaratis confirmet. Her. 126.

Iudices Terrestres antiquo more eligantur, electioni post cessum vel decessum eorum in sex septimanis Palatinus Conuentum indicat, hoc negligente, perficiat Castellanus. Const. 1588. fol. 28.

Iudices personaliter Iudiciis adsint neq; substitutos in locis suis habeant sub pæna priuationis officij. Her. 180

Iudices per se non per Camerarios præsideant Her. 125.

Iudices Terrestres super officia sua iurent, coram officialibus Terrestribus, vel positione actorum illius Palatinatus vel Terræ. Constitut. 1589 Fol. 12.

Iuramentum Iudicis & Subiudicis.

Ego A. iuro, quia iustè secundùm Deum ius scriptum, æquitatem, & partium controuersias iudicabo, recognitionesq; suscipiam: diuitis & pauperis, amici & inimici, ciuis & peregrini, discrimine sublato: & neque fauorem, neque odium, neque præmium, neque pœnas, mihi propositas curabo: sed in iudicando solum Deum & ius scriptum, æquitatem, partium controuersias & recognitiones, in hisq; omnibus con-

ſcientia mea iudicium ſequar & audiam: aliaque negotia mihi incumbentia, fideliter & pro poſſe meo faciam. Sic me Deus adiuuet & Sancta Crux Chriſti,

Iudices olim pro parua tantùm ſumma hoc eſt 40. marcarum iudicabant. Her: 125.

Sed iam omnes etiam maximas cauſas iudicandi habent facultatem. Her: Ibid.

Iudices in ſuis terris reſideant & Iudicia perſonaliter celebrent, alioquin, poſt vnius anni decurſum, quo ſeſe Iudex abſentauerit, non ſecus ac ſi defunctus ſit, alius eligatur. Her. Ibid.

Iudex ante prolationem ſententiæ à partibus inquirat, an aliquid habeant, quod cauſæ illlorum ſeruiat, integrumque ſit partibus, documenta omnia ad cauſam neceſſaria, ante ſententiæ prolationem inferre Her. 240.

Iudex & quilibet Officialis in propria cauſa, poteſt loco ſui Nobilem poſſeſſionatum ſubſtituere, citra Re,

giā ſurrogationem, qui ita ſubſtitutus, iurare non tenebitur. Her. 127.

Iudex non niſi per Miniſterialem citet; in cauſa tamen violati Iudicij, id faciat per quemuis familiarem. Her. 114.

Iudices iudicia temporibus ſtatutis celebrent, ſub pænis in Statutis contra eos expreſſis. Her. circa finem.

Iudices diebus terminorum, ad præſidendum conſuetis, à mane vſque ad horam nonam ſiue ad meridiem in quibuſlibet cauſis debent præſidere, & cauſas pertractare. Her. 129.

Si quis eo tempore quo iudices præſideant, ad locum in quo præſident, præterquam ad petendam citationem, vel de ſpeciali ipſorum iudicum licentia & mandato, quauis præſumptione vel temeritate intrare præſumpſerit; abſque aliqua remiſſione, pæna quæ dicitur *pietnadzieſta*, per Iudices puniatur. Her. 128.

In Iudicis Terreſtribus & Capitane-

orum,

rum, controuersiæ, aliâs *wspory* pos-
unt fieri ante responsionem, alias *przed*
deprz per Reum tactam : post respon
sionem verò Rei super propositionem
Actoris, Iudex amputatis controuer-
siis & altercationibus superfluis, vni-
cuique partium faciat iustitiam ex
quisitam. Las. 94.

Controuersiæ partium plus iusto maiores & longiores ab iudicio suscipi non debent : tametsi minores & breuiores fieri possint : hoc est, propositio Actoris cum eius probationibus literatoriis : siquidem sese eas ostensurum reciperet. Ex parte autem Rei responsio super citationem, vel exceptio, hoc est disceptatio necessaria super aliquo Accessoriorum ante responsionem super negotio principali fieri solita. Item diffinitiua sententia; etsi res præterea poscat, Replicatio Actoris, postea Duplicatio citati, similiterque Actori Triplicatio, ac postremum

rei Quadruplicatio ſuſcipiatur, non amplius. Quæ quidem omnia quilibet Iudex moderabitur, vt ne controuerſiæ in longum trahantur, tametſi breuiores eſſe poterint, in facilibus præſertim cauſis, quando non diſceptatur de probationibus contrariarum literarum. Her. circa finem.

Quando ſuper iudicato dubitaretur, & ad iudicem interrogandum partes ſe receperint; etſi ipſe Iudex in memoria teneat qualiter iudicauit; ſtatim ſententiam dicere, vel in craſtinum differre tenetur. Niſi iam eſſet libris actorum inſcripta. Her. 122.

Memorialis nomine Iudex non niſi quatuor groſſos in cauſis maioribus; in minoribus duos exigat. Maiores cauſæ eæ ſunt, quæ excedunt marcas triginta, minores quæ ſunt intra Her. 27

Iudices ex libro ſtatutorum iudicent. Her. 129.

Iudices Terrarum. Regni Conſtitutionibus innixi. & ex ipſis eruditione

ſum-

ſumpta, in iudicando conſeruent ſta-
eram æquitatis. Her ibidem.

Iudices Terreſtres officia Caſtren-
ſia non gerant. Her. 125.

Semel tantum Iudex deliberet: poſt
deliberationem verò nullas controuer
ſias audiat, Her. 27.

Iudicem non infamat ſententiæ re-
tractatio Her. 240.

A Iudice incompetenti facta, pro
non factis reputantur. Her. 127.

Iudex pro damnis propter non ad
miſſam ab acceſſorio appellationem
non citetur. Conſt. 1588. Fol. 29.

Iudex ſimplices à captionibus de-
fendat. Her. 207.

Iudex in recognoſcentibus conſide-
ret ætatem, diſcretionem & ſanitatem.
Her. 221.

Motu proprio olim Iudex cauſas in-
ter partes differebat. Her. 281.

Sed iam ſuſpenſiones & prorogati-
ones cauſarum non niſi ex partium
conſenſu fiunt. Alioquin ſi Iudex ge-

 nera-

neraliter omnes caufas & terminos distulerit, Nuncij illum accufare debent, & priuationem eius vrgere. Quod si vnam caufam tantùm distulit, pars in iuriam paffa id faciat.

Hæc tamen lex annalis fuit.

Iudex motus, illam duntaxat caufam, in qua motio intercefsit, non iudicet, fed alias omnes iudicet. Her. 126.

Iudex in vna caufa vnam pænam Koc dictam petat Her. 50.

Iudici pæna dicta Koc. quæ eft trium marcarum, ab officio Terreftri in Tribunali recipiatur, & illi reddatur. Conft 1588 fol 82.

Iudices Tribunalis Regni falarij loco à fingulis decretis groffos quindecim habeant: refcripta iuxta Statuta foluantur. Conft. 1578. fol. 184.

NOTARIVS TERRESTRIS.

Notarij per Nobilitatem eligantur.

Rex,

Rex vero non alium quàm vnum ex quatuor electis, & per literas declaratis confirmet. Her: 291.

Notarij, sicut & alij Officiales Terrestres, antiquo more eligantur, post cessum vel decessum eorum, Palatinus Conuentum indicat, hoc negligente, perficiat Castellanus. Const: 1588. fol: 28.

Notarij in primis Terrestribus terminis iurent coram aliis Officialibus Terrestribus. Const: 1589. fol: 18.

Iuramentum Notarij.

Ego A. iuro, quia iustè secundùm Deum, ius scriptum, æquitatem, & partium controuersias iudicabo, consulam Iudici: fideliterq́ partium res cognitiones, controuersias, affectationes, seu protestationes iuridicas, vel Iudicis decreta in librum Actorum Terrestrium inscribam, & inscribi curabo: diuitis & pauperis, amici & inimici,

inimici, ciuis & peregrini discrimine sublato: & neq; fauorem, neque odium, neque præmium, neque pœnam mihi propositam curabo: sed in iudicando, consulendo & scribendo solum Deum & iustitiam sanctam, & æquitatem, partium recognitiones, conuersias ac iudicis sententias, in hisque omnibus conscientiæ meæ iudicium sequar & audiam: aliaq; negotia mihi incumbentia, fideliter & pro posse meo peragam. Sic me Deus adiuuet, & Sancta Crux Christi.

Notarij personaliter adsint Iudiciis, non per sufectos vicarios: si verò negligentes fuerint, Palatini ad eligendum nouum Notarium, Conuentum indicant: Infirmitas tamen & negotia Reipub: absentiam illorum excusant. Her. 169. & 170.

In absentia Iudicis & Subiudicis, Notarius cum Camerariis, eandem

autho-

uthoritatem habet, in causis, citatio-
numque terminis, pro bonorum exem-
ptionibus præfixis: sic, vt redemptu-
rus bona: pecunias coram Notario &
Camerariis reponat: quas Notarius
ipse cum Camerariis decernat recipien-
das, & exemptionem faciendam. Quo-
rum decreto si fortasse reniteretur exi-
mendus, & de obligatione cedere nol-
let: nihilominus ipsi cum libro iudi-
cio præsidentes, pecuniis iuxta teno-
rem obligationis receptis, ad Cancel-
lariamqne Terrestrem repositis, decer-
nant exemptionem factam; ita quo-
que exempti possessionem assignan-
dam, eamque iuxta formam iuris assi-
gnabunt parti; pecunias reponenti.
Her. 92. & 169.

Notarij, ipsi sua officia exequantur, præsentes tamen possunt admittere eos, qui illos duntaxat in scribendo adiuuent sed rescripta ipsi subscribant Her. 170.

Neque Notarij, neque Vicenotarij

 caulas

causas procurent in illo iudicio cui præsident Her. ibidem.

In defectu terminorum eodem die & loco Notarius cum actis & Camerariis præsto sit, & inscriptiones suscipiat atque extradat. Her. ibid.

Notarius cum Camerariis exemptionem bonorum iudicet, etiam sub tempus Comitiorum Her.. 91.

Scriptor causarum, sub pæna priuationis officij, non aliter quam secundum ordinem citationum, litigantes per Ministerialem vocandos pronunciabit seu nominabit: ita quod qui prius ad causam prouocauerit, prius nominetur & expediatur: & sic deinceps, videlicet qui secundo loco, similiter loco sequenti: & taliter donec ad extremos procedatur. Her. 128.

Si Notarius Terrestris inscribere in acta Iudiciaria, ea quæ Iudex cum Subiudice, decernendo præceperit, noluerit; vel ipse Notarius rebelliter de sede iudiciaria abierit, acticare nolens

ea quæ ad officium eius pertinebantur, per quod partibus aliquid poterit præiudicari: talis Notarius per iudicium Regiæ Maiestatis delatus priuatione sui officij puniatur. Her. 170.

Notarij Terrestres, omnes literas Iudiciorum Terrestrium manibus proprius subscribant. Her. 150.

Salaria Notariorum ex Statutis antiquis.

Statuta de Salariis seruentur. Her: 228

Notarij Terrestres pro labore quetendi in actis nihil accipiant: pro literis vero pargameneis cum appensis sigillis, decem grossis siue contenti, ex quibus sex Iudicis duo Subiudici, Notario duo debentur. A papyreis verò literis, sub sigillo Iudici: & Subiudicis grossum vnum: á condemnatione in pæna contumaciæ grossos duos, à condemnatione in lucro, grossos quatuor à memoriali quoque grossos quatuor accipiant. Her 227 & 228

Memo-

Memorialis nomine à quolibet decreto grossi quinque soluantur, quorum tres Iudici, vnus Subiudici, vnus Notario debentur. Her. 227.

Notarij pro membranis non nisi medium grossum accipiant, sub pœna quatuordecim marcarum, à Minutis vero sigillatis grossum vnum. Her. 228.

Ab vna causa & vna controuersia, grossum vnum Notarij exigant, super vnam citationem. Her. 226.

Notarij à testibus producendis, si dicta illorum notent, tres grossos accipiant, ab inscriptione termini peremptorij, medio grosso sint contenti. Her. 227.

Officiales verò à testibus quatuor Scotos accipiant. Her. 284.

In termino concitatorio ab astitione termini, additione Ministerialis, & remissione, tantum grossi quinque exigantur, sub pœna quatuordecim marcarum; à minutis vero sigillatis grossum vnum. Her. 228.

Etiamsi sint plures personæ in cau-, ab vna tamen propositione, vnum emoriale exigatur. Her. 227.

Ab inscriptione cuiuslibet causæ, id ſt à notis totius causæ Notarij accipi- nt vnum grossum, in fine totidem: lectura verò nihil exigant. Her. 226.

In maiori Polonia à condemnatio- e grossi quinque exigantur. Her. 238.

Quilibet Actor condemnando cita- um absentem in contumacia soluat duos grossos: quorum vnus cedet Notario, & alter grossus Iudicio præ- sidendi. Her. 227.

Notarij contra Statuta nihil exigant. à dilatione verò infirmitatis, & cassa- tione inscriptionis vno grosso sint con- tenti, sub pænis Statutorum. Her. 227.

Notarius aliquem depactans resti- tuere debet cum pæna trium marca- rum parti & iudicio totidem in instanti sub pæna 14. marc. Her. 228.

Con-

Constitutiones nouæ de Salariis Notariorum.

Inhærendo Cōstitutioni Anni 1607 Salaria Iudicij, & Notariorum Palatinatus Siradiensis huic Palatinatui seruientia, ibidem constituta, & ad Act Warsouiensia per oblatam introducta, ex instantia Nunciorum Palatinatus eiusdem, in volumen legum Sacr Regia Maiestas inscribere mandauit hoc est:

Ab inscriptionibus debitorum obligationum, resignationum, donationum, arendarum, transfusionum submissionum, & aliis quibusuis Inscriptionibus grossi quinque. A diuisione bonorum inter fratres cum conditionibus, à quolibet ex recognoscentibus grossos quinque: Similiter à reformationibus, aduitalitatibus, etiam cum euictionibus, grossos quinque A quietatione simplici, & cassatione inscriptionis grossi duo. A quietatione

cum submissione euictorea, grossos quinque. A relatione Ministerialis cum Nobilibus intromissis in bona, grossos quinque. Similiter à relatione exportatarum plurium citationum in vno Processu, insimul recognita & scripta, grossi quinque. A relatione exportatæ citationis circa actum, siue per controuersias, siue in contumaciam expedita, scripta, grossi duo. Ab obductione vulnerum etiam contra diuersas personas insimul facta, grossi quinque. Ab ingrossatione alicuius Priuilegij, siue inscriptionis grossi quinque. A pæna contumaciæ in Iudicio Tribunalis Regni, grossos quinque: in alijs verò subselijs, iuxta antiqua Statuta, grossi duo, A Decreto quolibet, siue per controuersiam, siue per contumaciam lato, similiter à dilationibus Iuridiciis grossi quinque. A limitatione simplici, Notario, grossus vnus. A limitatione cum approbatione processus, grossos

quin-

quinque. A limitatione generali omnium causarum, grossi duo. A limitatione vero in Iudicio Tribunalis Regni Iudicio grossos quinque. A protestatione simplici coram Iudicio, seu Officio facta, gros. vnus. A motione siue appellatione grossus vnus. Ab Aresto; grossus vnus. A Decreto ex actis Tribunalis Regni, Notario Terrestri ab indigenis Nobilibus Palatinatus Siradiensis, tantùm grossos decem. Ab aliis verò iuxta consuetudinem receptam. Item pro motione à Iudicio interposita, sine controuersiis partium vel cum controuersiis, ratione termini vel dilationis alicuius facta, grossi quinque. Pro motione verò prolixiori, cum aliquot instanciis, vel in negotio principali, grossos decem. A porrectione verò controuersiæ, ad actican-dū nil omnino in Cancellaria exigatur. A sigillato Decreto, siue motione in Iudicio Terrestri & Castrensi, grossi quinque. A sigillata quietatione, limitati-

one siue euictione, relatione simplici siue querela, inscriptione simplicis debiti sub vadio, ac in genere, ab omni sigillata tali minutiori minuta, iuxtà antiquam consuetudinem, grossi duo. A Scrutinio contra principalem, Iudici floreni duo. Notario verò à sigillatione eiusdem grossi duodecim. Similiter à Scrutinio contra principalem, & Iudicio, & Notario soluatur. Ab inductione testium, in quocunque Iudicio, à quolibet teste grossi quinque. A graniciebus finitis, iuxta antiqua Statuta pars Actoreatũ obtinens, marcas tres. Hanc Constitutionẽ Palatinatus quoque Cracouiensis, Terra Zatoriensis, Lęciciensis, & Districtus Sochacouiensis suscepit. Const: 1613. Fol: 16.

De eodem ibid: sub titulo Salaria *Vrzednikom Ziemskim y Grodzkim.*

A quietationibus, protestationibus, decretis, intromissionibus, manifestationibus, obductionibus, protestationibus, ministerialium relationibus, & memoriali, grossos quinque. Pro minuta grossos quinque Ab inscriptionibus & oblatis grossi 15 cum minuta. A susceptione controuersiæ, grossos septem & medium. Pro extractis grossos septem & medium: exceptis actibus granicierum, diuisionibus perpetuis, & priuilegiis, pro quibus ab oblata & minutis vnus florenus, ab vtrisque partibus. A Scrutinio floreni duo, & à testibus per grossos quinque, sub pæna centum marcarum, in Iudicio Tribunalicio peremptoriè repetenda, & sub pæna bannitionis in instanti persoluenda, Vbi verò ex consuetudine antiqua Salaria minora sunt, ea augeri non debent. Const: 1613. Fol: 17.

Ordo Officialium Terrestrium.

Succamerarius,
Vexilifer,
Iudex,
Dapifer,
Pocillator,
Subiudex,
Subdapifer,
Pincerna,
Venator,
Tribunus,
Notarius,
Gladifer.

Const: 1611. Fol: 26:

DE OFFICIALIBVS Castrensibus.

CAPITANEI CVM Iurisdictione.

Capitaneatus duos cum iurisdictione nemo ambiat, sub pœna confiscationis omnium bonorum; & 200 marcarum Const: 1563. Fol: 20.

Palatini & Castellani in Capitaneos eligi non possunt, præter Capitaneum Cracouien. Her: 175.

Capitaneatus cum iurisdictione, & arces in confiniis sitæ, non pueris, sed viris idoneis, & de Republica meritis conferantur: quod si quis contra eam Constitutionem quidpiam postea impetrauerit, collato officio priuetur. Const: 1589. Fol: 36.

Capitaneatus cum iurisdictione considerando locos & necessitatem iurisdictionis iudiciorum, eiusmodi pensionibus Rex prouidere debet, quibus Capitanei necessariò & debitè

possint

possint brachium Regale tueri. Con: 1607. Fol: 8.

Cum Capitaneatibus iurisdictionem habentibus, Rex disponere debet secundùm leges & consuetudines. Si autem in contrarium legum alicui conferantur, forum coram Tribunali inter causas officij habeat. Capitaneatus verò qui sub tempus Comitiorum vacauerint, post vnam septimanam ab inceptis Comitiis conferantur. Ibid.

Iuramentum Capitanei cum iurisdictione.

Ego N. iuro Deo, quod Serenissimo Regi Poloniæ Domino meo, in hoc officio meo Capitaneatus, fidelis ero, superioritatem & praeminentiam Serenissimo Regi in omnibus conseruando. Pacem publicam & securitatem viarum in meo Capitaneatu custodiã, iustitiam vniformiter secundùm præscriptũ iuris publici faciam,

orphano & homines iniuria affectos à quacunque iniuria secundum officium meum defendam. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Crux.

Capitanei sicut & reliqui Officiales sint possessionati & officiis satisfaciant. Her: 32.

Capitanei videant ne equi extra Regnum ducantur: sub pœna 200. marcarum Her: 90.

Capitanei Constitutiones Palatinales exequantur, sub pæna priuationis officij aut centum marcar: si obligatum Capitaneatum tenent. Her: 175.

In Nundinis & Ciuitatibus, quæ emporia habent, de extraneis mercatoribus ius dicat Capitaneus. Const: 1563. Fol: 48.

Coram Capitaneo si quis aliquem vulnerauerit, æquè punitur, ac si id coram Rege fecisset. Her: 203.

Pæna negligentium Capitaneorum ea est: si Capitaneatum obligatum

poſſidet, centum marc: ſi liberum; priuationis. Her: 175.

Pænam Statuti contra negligentes Capitaneos ſancitam actor habeat, & pro ea agat. Conſt: 1538.

Capitanei in bonorum Regalium defenſione, eum modum obſeruent, ne labores proprios & ſegetes conculcent, vel ædificia diruant, præſertim ea, quæ per vnum annum, ſine eius contradictione ſteterunt, ſed tantùm vſum ſuum continuent, vel iure Terreſtri agant. Quod ſi Capitaneus iniurioſus ſit, vel damnum alicui dederit, eo nomine in iudicio Terreſtri, vbi illa bona ſunt ſita, reſpondeat, Si in illo Diſtrictu poſſeſſionatus non ſit, exequutio fiet in bonis vbicunque ea habuerit. Quod ſi nuſquam ſit poſſeſſionatus, procedatur contra eum iuxta Conſtitutionem 1588. de proceſſu contra impoſſeſſionatos ſancitam: Si ſummam in bonis Regalibus habeat, in ea exequutio fiat. Integrũ

quoque sit Capitaneis pro damnis iniurijs, tàm in Regalibus, quam Capitanealibus prouentibus illati iure Terrestri contra iniuriosos ager vbi & iurare tàm pro se, quàm pro Rege poterint, salua appellatione ad Tribunal, vbi sine vllà remissione tal actiones decidantur. Subditi ex vill Regijs, iniurias suas, iure, cum Cap taneì assistentia prosequantur. Ciue tamen sine assistentia, more solito a gere possunt. Vbi limites non sun decerni debet vt Nobilis, Commissa rios educat sine intermissione. Quo si post factos limites, Nobilis vicinu fundum Regium adimat, citari debe ad Iudicium Terrestre, vbi vel ipsun Iudicium exire, vel iuratos Camerari os mittere debet ad fundum; & ex r oculis subiecta, recompensa iuxta li quidationem iniuriam passi decerna tur. Const: 1588. Fol: 26.

Limites inter bona Regalia factos Capitanei obseruent, sub pæna centi

marc. Const: 1567. Fol: 75.

Capitanei eorumque iudices securitatem itinerantium defendant. Her: 288.

Capitanei locorum, Statuta de Inquilinis & Golotis vagabundis facta, diligenter exequantur. Const. 1562. Fol. 25.

Capitanei per lucra exequantur sub pæna centum marc. Her: 23.

Capitanei animaduertant, vt nemo ad coemendos equos & vinum in Vngariam eat: & hoc facere debent sub pæna 14 marc. coram officio Castren: illius Palatinatus, peremptorio termino exigenda. Const: 1578. Fol: 190.

Nauigatio libera per Capitaneos defendatur, qui Statuta eo nomine condita exequantur. Her: 97.

Capitanei thelonea temerè exigentes in Capitaneatibus obligatis, pæna centum marc: in liberis priuationis officij puniantur: & nihilominus in duplum condemnentur. Her: 273.

Capitanei cum Palatinis & Monetariis, videant ne moneta efferatur. Her. 162.

Pro contributione non soluta Capitaneus exequutionem faciat citra appellationem. Const. 1563. Fol. 22.

Capitanei decreta Tribunalis Regni exequantur, sub pœnis in Statute descriptis. Const. 1578.

Capitaneus si ad limites bonorum Regalium non venerit vocatus, pœna viginti octo marc. puniatur cuius medietas Regi, reliquum parti debetur. Her. 34.

Neq; Rex, neq; Capitaneus in causis criminalibus in absentia actoris cognoscat, nec quenquam condemnet, nisi iure victum & confessum. Her. 4.

Capitaneus vltra quatuor articulos, puta, stuprum, deprædationem viæ, incendium, & inuasionem domus, nihil iudicet. Her. 33.

Capitanei non nisi in locis consuetis iudicia sua celebrent, quæ tamen

tra quatuor articulos non extendant
ub pæna nullitatis. Her. ibid.

Etiam si quis extra forum comparuerit, vel per ignorantiam iurisdictionem Capitanei prorogauerit, Iudicium nullum esto. Idem ibid.

Coram Capitaneo non est terminus peremptorius, nisi quis vltro id ferat. Her. 220.

Capitanei ad querellam non nisi pro expulsione dominæ dotalicialis & pro recenti crimine, quod est annus & sex septimanæ, judicent. Her. ibid.

Et pro violentia expulsione de tenuta & pacifica possessione, necnon diuisione inter fratres. Idem ibid.

Capitaneus iudicat terminum facionatum, qui vnius septimanæ esse debet. Her. 207.

Impossessionatos pro quacunque re Capitaneus iudicat in iudiciis seu terminis Castrensibus. Con. 1588. f. 35.

Capitanei iureuictos adsolutionem pænarum compellant. Her. 32.

Capitanei vltra quatuor articulos nihil iudicent, & memorialia instar Terrestrium iudiciorum exigant, neq; Nobiles extra suos Districtus euocent. Ex originalib. Sigil. 1539.

Capitanei ipsi per se iudicent. Const. 1562 Fol. 215.

Infames per Capitaneos capiantur & capite plectantur in instanti, sub pœna 300. marc. Actori succumbenda Const. 1563. Fol. 31.

Capitanei violatores iudiciorum capiant Her. 127.

Capitanei Nobilem non capiant, excepto iureuicto & recenti crimine. Excipiuntur ab hac lege famuli fures manifesti, & patriæ proditores, qui vbiq; capi poterint. Const. 1588. fol. 30.

Capitanei pro eliberatione captiui Nobilis in terminis Castrensibus iudicent. Const. 1588. fol eod.

Capitanei pro raptu Virginis in terminis Castrensibus iudicent Const. 1609. Fol. 27.

Capitanei liberam emptionem quorum Nobilibus non impediant, sub pæna centum marc. Her. 90.

Capitanei contra internos hostes & perduelles declaratos, Districtus moueant, eosque puniant : contra potentiores viciniores Capitaneos in auxilium accersant. Const. 1576. f. 153.

In Conuentibus particularibus & iudiciis, Capitaneus hospitia pro cuiusque dignitate distribuat. Constitut. 1565. Fol. 25.

Capitanei in sex septimanis iudicia sua celebrent, vna tamen hebdomada antea, & iudicia & locum iudiciorum publicent, Her. 33.

Capitanei sine iurisdicti-one.

Capitanei sine iurisdictione esse possunt etiam impossessionati, tamen pro iniuriis in iudiciis Terrestribus & Castrensibus respondeant : per lucra

verò bona Regalia non afficiant, sed pro exequutione ad locum possessionis ipsorum remittantur: citationes quoque contra ipsos in residentia ponantur. Const. 1562. Fol. 14.

Idem existimandum est de articulis Castrensibus, pro quibus Capitanei absque iurisdictione in iudiciis Castrensibus respondere debent & tenentur. Const. 1563. Fol. 21.

Iuramentum Capitanei sine iurisdictione.

Ego N. iuro, quod fidelis erò in arce N. & illam custodiam fideliter Serenissimo Principi & Domino D. N. Regi Poloniæ & successoribus eius Regibus Poloniæ, Secundum leges electis. Pacem, securitatem & iustitiam tuebor: & alia ad me aut officium meum Capitaneale pertinentia sine dolo & fraude implebo. Sic me Deus adiuuet, & hæc S. Crux.

TRIBVNI.

Tribunatus omnes post Annum 1538. instituti, & ij qui Castris carent, abrogati sunt: antiqui verò & qui Castra habent, bene meritis iuxta Statuta tribuantur. Her. 284.

Burgrabij & Iudices Castrenses.

Burgrabij & Tenutarij Castrorum eorumque homines Iudicijs Terrestribus & Castrensibus respondeant, exceptis causis sanguinis. Her. 20.

Neque Capitanei, neque Burgrabij, ab intromissionibus quidquam accipiant Her. 29.

Burgrabij & iudices Castrenses sint possessionati, & itinerantes defendant. Her ibid.

Sicut Castellani, ita & Officiales Terrestres Burgrabiatum Cracouiensem non ambiant, neque portitores sint. Const. 1563 F. . 2. .

Burgrabij Cracouienſes, in arce aſſidui ſint, ita tamen, vt ſingulis quartualibus anni, tribus ſeptimanis eis abeſſe cum ſcitu Capitanei liceat, quopiam in locum ſuum ſubſtituto. Conſtitut. 1565. Fol. 47.

Vice Capitanei & Notarij Caſtrenſes.

Vicecapitáneus & Notarius Caſtrenſis, ex Iudice vel Notario Terreſtri non ſint, & ſint poſſeſſionati Her. 125.

Notarius Caſtrenſis ſpiritualis eſſe poteſt. Her. 252.

Notarij Caſtrenſes coram Capitaneo vel Vicecapitaneo iurent. Conſtit. 1589. Fol. 18.

Literas Caſtrenſes, aut ipſi Capitanei, aut eorum iudices ſubſcribant. Her. 150.

Capitaneale iudicium non plus exigat ſalarij nomine, quám Iudicium Terreſtre. Her. 228

Officium Caſtrenſe paratum eſſe

debet,

debet, in recenti crimine, in ministranda iustitia & exequutione rei iudicatæ, non exspectatis terminis Terrestribus, diebus festis exceptis. Her. 173.

DE DIGNITATIbus.

Dignitates & Officia indigenis possessionatis conferantur, alioquin inuestito non pareatur, & Rex contra iuramentum facturus est. Her. 78.

Dignitates, & Officia in principio Conuentus, priusquam ipse Conuentus inchoabitur, hominibus idoneis, possessionatis, indigenis illarum terrarum, iuxta priuilegia & Statuta distribuantur. Her. 79

Dignitates Castellanatus & Officia, personis benè meritis, ætate, intellectu & prudentia beneuigentibus, & indigenis distribuantur, dignitatesque illi personæ, quæ illius terræ indigena fuerit, in qua dignitas ipsa vacabit,

habueritque hæreditaria ibidem bona, dentur. Her. 78.

Dignitates & Officia non dabuntur, nisi in terra possessionatis. Her. 79.

Nullum Castrum seu fortalitium Regni Poloniæ, alicui Duci vel Principi, aut descedenti de gente Ducali, regendum & tenendum detur. Her. 78.

In singulis terris & Districtibus, Capitanei, Officiales, Dignitariique locorum sint possessionati, & satisfaciant Officiis suis: quod si trina vice auisati, Officiis suis intendere non curauerint, priuentur officiis & dignitatibus, sintque ipso facto priuati; frequentiusque visitent loca, in quibus Dignitates habent & officia Her. 80.

Palatini, Castellani, Dignitarij. & alij Officiales Terrestres, sufficientem possessionem hæreditariam, & non fictam habere debent, & in ipsis Palatinatibus. & in Districtibus propriis, debita officiorum suorum explere & exequi debent, nisi fortasse legatione,

seruitio Reipub: vel M. Regiæ fuerint impediti. Her: 79.

Alienigenæ Castra & Dignitates non concedantur, & quicunque contra præsentem Constitutionem aliquod officium seu dignitatem obtinuerit, & monitus quod obtinuit non resignauerit, bona ipsius confiscari, & ipse infamis esse debet. Her: ibidem.

Capitaneatus sine iurisdictione etiam impossessionatis dari possunt. Habes supra sub tit. Capitanei sine iurisdictione.

Castra neque tenutæ vllæ alienigenis concedantur, nisi Polonis Nobili genealogia ortis & possessionatis. Her: 80.

Magistratus, Dignitates, Officia, Castra & Ciuitates cum iurisdictione, non nisi terrigenis conferantur. Her. 77.

Dignitates Ecclesiasticæ Politicæ Regni, circa iura, prouentus, liberta-

tes

tes conferuentur. nec augeantur, neque minuantur, neque cuiquam extraneo, præter Nobilem in illa Terra possessionatum conferantur. Her: ibidem.

Dignitates & Capitaneatus eiusdem loci sunt incompatibilia, neque extraneis conferantur, sed indigenis, veram & hæreditariam possessionem ibidem habentibus; alioquin talis in Conuentione monitus, nisi officium resignauerit, infamis esto. Her: 79.

Dignitarij & Officiales, veram & non fictam, sed realem bonorum hæreditariorum possessionem, in qua dignitates vel Capitaneatus vacauerint, habeant. Her: ibidem.

Impossessionato si dignitas pro merito data fuerit, intra dimidium annum possessionem acquirat, sub pæna priuationis. Her: ibid.

Statutum de possessione Dignitariorum ita intelligi debet, vt quilibet Dignitarius, sit saltem in illo Palati-

natu possessionatus, non in Districtu. Exceptis Palatinatibus Russiæ, Masouiæ, Rauensi, & Terra Wielunensi, vbi Officiales in Districtu debent esse possessionati, excepto Palatino quem sufficit in quocunque Districtu sui Palatinatus esse possessionatum. Const. 1562. Fol: 13.

Dignitarij & Officiales possessiones veras in illa Terra vel Districtu habeant, antequam dignitas sit vacua, & talem in qua antea residebant, non quæ recens inscripta sit: alioquin ad quæ recens inscripta sit: alioquin ad quodcunque Iudicium seu Officium, totiens quotiens citatus fuerit, pœnam 200. marc: in instanti Actori luat sine appellatione, & Officium deserat. Constit: 1563. Fol. 20.

Priuilegium Dignitario & Officiali, non secundùm præscriptas superiores leges datum, nullius valoris esse debet. Si quis autem auderet munia aut iurisdictionem suam, & alia, prætextu priuilegij obtenti obire; tunc

omnia acta ex quocunque modo per eum facta, pro irritis & nullius momenti esse debent. Ad priuationis autem pœnam, duo millia marcarum in talem donatarium est constituta, pro qua forum in iudicio Terrestri, Castrensi, & Tribunalis, inter causas officij peremptoriè, ex delatione cuiuslibet Nobilis, habere debet. Const: 1613. Fol: 33.

Dignitates, officia & aduitalitates super bona Regalia, bene meritis conferantur. Const: 1565. Fol: 69.

Bona & vacantiæ quocunque modo ad Regem deuolutæ, Nobilibus bene meritis conferantur semper in principio Conuentionis Generalis, exceptis bonis Ciuilibus iure caduco deuolutis, quæ Rex dabit cui vellit. Dubietas de iure Regio in Conuentu decidatur. Const: 1576. Fol: 162.

Vacantiæ, Officia, Dignitates intra dimidium annum, postquam vacauerint, conferri debent. Eæ verò quæ

imme-

immediatè ante Comitia inciderint intra vnam septimanam post incepta Comitia distribui debent. Quod Nuncij Terrestres in Comitiis vrgeant. Costit: 1588. Fol: 40.

Vacantiæ, Officia, Dignitates Regni & Aulæ Regis in Regno Poloniæ, Ducatu Lithuaniæ ditionibusque eidem subiectis, secundùm leges, iuramenta, consuetudines, sine mora, personis benemeritis & dignis, ætate & discretione vigentibus, nullo in hoc respectu habito, solummodo merita vniuscuiusque, secundùm priuilegia vtriusque gentis, & iuxta Constitutiones de benemeritis factas in omnibus seruando ordinem in legibus præscriptum; conferantur. Const: 1607. Fol: 8.

Dignitarij & Officiales sua noscant officia: si verò quibus incognita sunt, á Regali Maiestate & Dominis doceantur; eademque tám domi quám in bello debitè exerceant. Her. 80.

Rex dabit literas ad Palatinos & Capitaneos aliosque Officiales, quibus ad satisfaciendum debito suo illos commonebit. Her: 223.

Cuilibet liberum est priuatim instigare contra negligentes Dignitarios & Officiales. Const: 1565.

Prouentus Dignitariis integrè, citra omnem moram extradantur. Sigil: Crac. 1532.

Omnes literæ expectatiuæ quacunque ratione & respectu super dignitates datæ, similiter etiam & solida, & iurapatronatus destructæ sunt & cassatæ. Const: 1550. Fol: 3.

Sed hæc hactenus de prærogatiua Senatorum ac Officialium Regni: superest vt de Iudiciis Tribunalis Regni vltimæ instantiæ, & Officio Iudicum horum Iudiciorum breuissimè dispiciamus.

IVDI-

IVDICIA TRIBVNALIS REGNI ET OFficia Iudicum.

Iudicia Generalia Tribunalis Regni inſtituuntur, ad quæ in omnibus Palatinatibus Regni in particularibus Conuentibus, Iudices Feria ſecunda poſt Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, viri idonei, probi, iuriſperiti, & poſſeſſionati eligantur in maioribus Palatinatibus, videlicet Poſnanienſi, Sandomirienſi, Caliſienſi, Plocenſi, Ruſſiæ, Maſouiæ, duo, in reliquis & in terris Wielunenſi vnus, Dobrzynenſi vnus, Oswięcimenſi & Zatorienſi vnus.

Si quis ex Iudicibus quorumcunque ſubſelliorum electus fuerit, in eius cauſa ab eius Iudicio per motionē deuoluta, ſententiam non dicat, neque alios dicentes audiat.

Authoribus Deputatorum, non nisi ad alia Iudicia duret, & tandem alij in locum illorum eligantur.

Secundo, idem ante quadriennium non eligatur, nisi omnes nemine contradicente in id consentiant.

Iudice ex aliquo Palatinatu deputato, infirmo vel mortuo, reliqui iudicent, non obstante absentia Collegarum.

Iurent iuxta formulam iuramenti Iudicis Terrestri, in Statuto descriptam, eo addito, quod in causis non sunt consulturi, munera non accepturi, quod citra omne studium sint in iudices electi.

Iustè & ordine iuxta Regestrum per Palatinatus iudicent, à iure scripto non discedant, Deum & iusticiam præ oculis habeant, sententiam per duos vel tres ex illis subscriptam, ex scripto ferant. In diuersitate vel paritate sententiarum, iterum & tertio dicant, & tandem maior pars concludat.

Cauſas Spiritualium, ſex ſæculares, cum ſex ſpiritualibus perſonis iudicent, maior pars concludat. Noua emergentia ad Conuentum remittant.

Decimæ ex bonis hæreditariis in eodem ſtatu permaneant, quo nunc ſunt, commoto nomine, ad compoſitionem vſque.

Decreta eius Iudicij, paria ſunt authoritate Decreto Conuentionalibus, contrauenientes verò illis, & hoc nomine ſiue in Conuentu, ſiue poſt curiam, negotium faceſſentes, tanquam contemptores decretorum Regiorum puniantur. De his etiam vide infra.

Per lucra contra Spirituales interea obtenta ſuſpendantur, donec de illis in Conuentu cognitio fiat.

Iudicabunt omnes & ſingulas cauſas, à Iudiciis Terreſtribus, Caſtrenſibus, Succamerarialibus, Commiſſarialibus (in cauſis diuiſionis bonorum) per motiones, appellationes, remiſ-

ſiones

ſiones, limitationes, & alio quouis modo ad Conuentum, vel poſt Curiam deuolutas, tàm ab officiis, quàm ex officiis, occaſione non factæ exequutionis decreti, vel decretorum Iudicij Generalis Tribunalis Regni huius vltimæ inſtanciæ, in his rebus, quæ Iudicio huius Tribunalis iudicandæ incumbunt, & iudicatæ fuerint, & aliorum grauaminum, ex Iudiciis ſiue officiis Capitaneorum, & eorum Officialium circa adminiſtrationem iuſticiæ illatorum, tum & omnes cauſas iudicatas, & ad locorum Capitaneos, pro exequutioni remiſſas, vbi debitæ exequutione remiſſas, vbi debitæ exequutioni demandatæ non ſunt, nec non cauſas ex Iudiciis nouis, vltimæ inſtantiæ propendentes, aliaſque omnes ex citationibus & adcitationibus nouis & antiquis incidentes, & ad hoc iudicium pertinentes, cum conſeruatione omnium terminorum.

Exceptis cauſis merè criminalibus

in Conuentu iudicandis, ita vt si quis causam Ciuilem, criminaliter instituerit, victus hoc nomine pœnam sessionis Turris & centum marcarum cum refusione damnorum luat, & causa ad forum remittatur. In causis tamen & articulis criminalibus Iudicij Castrensis ad Tribunal appelletur.

Exceptis etiam causis Fisci, iuxta Constitutiones Anni Millesimi, Quingentesimi Sexagesimi Secundi, & Millesimi, Quingentesimi Sexagesimi Septimi, tùm & exemptionis bonorum Regalium.

Quod si quis Capitaneum vel Tenutarium, ratione fundorum Regalium citauerit, ex quibus Quarta soluitur, vt qui reuisioni & lustrationi subsunt, vel qui in summis antiquis obligati sunt ad Conuentum remittatur. Licebit tamen Regi pro bonis suis iuxta præscriptum Statutorum semper agere, eaque repetere.

Ratione Quartæ & bonorum nul-

lo iure receptorum in Conuentu agatur.

Causæ quoque iuris Maydemburgensis & Culmensis, saluis casibus in Statuto descriptis, Regali iudicio referuantur, de perlucris verò interea per Ciues & contra Ciues obtentis, idem quod & de perlucris Spiritualium.

Locus iudicij huius, Palatinatibus Maioris Poloniæ, qui sunt, Posnaniensis, Calissiensis, Siradiensis, Terræ Wielunensis, Lancicien sis, Brestensis, Inowladislauiensis, Masouiæ, Plocensis, Rauensis, & Terra Dobrzynensis, Petricouia. Minoris verò Poloniæ Palatinatibus, qui sunt, Cracouiensis, Sendomiriensis, Russiæ, Podoliæ, Lublinensis, Belzensis & Podlachiæ, Lublinum. Ita vt peractis primum Petricouiæ Maioris Poloniæ Iudiciis, Lublinum catur.

Ad hoc Iudicium nemo accedat, nisi

causam

causam Iudiciariã habeat. Vocatus verò ex ordine, sine tumultu ad Iudicium veniat, cum vno duntaxat procuratore & duabus amicis. Si verò quis temerè introierit, nec monitus exiuerit, vel clamores in domo Iudicij excitauerit, pœna duplici quatuordecim marcarum puniatur illico sub alia simili pœna numeranda.

Dum sententiæ dicuntur, nemo adsit, præter eos qui ad hæc Iudicia iurati pertinent.

Ad locum electioni Iudicum & celebrationi horum iudiciorum designatum, armatus nemo veniat præter enses.

Si verò cum pixidibus, & aliis insuetis armis venerit, vel cum illis obambulauerit, pœna quinquaginta marcarum in instanti puniatur, sub pœna quatuordecim marcarum luenda.

Si quis in loco electionis, vel tribus septimanis, ante & post celebrationem eorum Iudiciorum personam

Nobilem vulnerauerit, vel occiderit, non secus puniatur, at si id in Conuentione Regni generali perpetrasset.

Incipiant autem hæc Iudicia Petricouiæ, Feria secunda post Festum S. Francisci: Lublini Feria secunda post Dominicam Conductus Paschæ. De his etiam vide infra Paragrafo. Iudices deputati.

Iudicia tamen inferiorum subselliorum, etiam sub tempus Tribunalis celebrentur.

Sub tempore quoque Comitiorum, nihilominus Iudicia Tribunalis Regni celebrentur.

Decreta Petricouiæ, sub sigillo Terrestri Siradiensi; Lublini sub sigillo Terrestri Lublinensi extradantur.

Decreta eorum eius sint authoritatis, vt si quis ad cuiuscunque instantiam, hoc nomine ad derogandum huic decreto, citatus fuerit, à citatione ipso facto liber sit. Si verò ille nihilominus instaret, vel aliquid in

ontumaciam obtineret, pro infecto
eputetur, neque exequtioni de-
ur. Quod si citatus personaliter
omparcat, pœnam centum marcarum
licò super actore, vel eius Procura-
ore obtinebit. sub pœna quatuorde-
em marcarum, cuius pœnæ medietas
isco medietas parti euocatæ debebi-
ur. Nihilominus Procurator ad v-
nam septimanam in fundum turris
niiciatur.

Iudex. Subiudex, & Notarius Ter-
restris illius Palatinatus adsint præ-
sentes: ad secreta iudicij iurent, & alia
faciant, quæ in Iudiciis Conuentiona-
libus vel Regalibus facere debebant.
Pœnas dictas *Koce* exigant, & Iudici-
bus locorum remittant, sententiam
tamen non dicant.

Citationes ad hoc Iudicium sub ti-
tulo Regio extradantur, & sub sigillo
Terræ illius in qua resìdet citandus:
ponantur verò duabus septimanis an-
te terminum.

Inscriptiones, protestationes, recognitiones, dilationes, coram hoc Iudicio factæ, eius sunt vigoris, cuius Terrestres vel Conuentionales esse solent.

Capitanei decreta eorum exequantur, sub pænis in Statuto descriptis.

Iudices salarii loco, à singulis decretis grossos quindecem habeant, rescripta iuxta Statuta soluantur; Spirituales verò suis deputatis de victu prouideant. Reformatio horum Iudiciorum libera sit Nobilitati in Conuentu cum communi omnium consensu. Constit: 1578.

Causæ quas Iudices Tribunalis Regni, ex paritate votorum in actionibus Secularium ad Comitia remittere consueuerant, in subsequentibus Iudiciis ex sufficientibus rationibus in scripto datis, in prima sessione, absolutis iuramentis, Districtus non expectando, ex speciali harum causarum Regestro decidantur: noua vero

emer-

emergentia in Comitijs definiri debent. Const: 1607. fol: 16.

Pænas dictas Koce. liberum erit Succamerariis, Iudicibus Terrestribus, Capitaneis, & eorum Officialibus, in Tribunali, per personas, quibus ad eas recipiendas authenticam plenipotentiam ex actis publicis dabunt, sine quocunque impedimento tàm Iudicum Tribunalis Regni, quam Iudicij Terrestris Siradiensis & Lublinensis; recipere. Const: 1613 Fol: 34.

Decreta Iudicij Tribunalis Regni, inuiolabiliter retinenda sunt. Const. 1588. 69.

Decretum Tribunalis Regni, iuxta leges ac consuetudines Iudicio huic pertinentes latum; in dubium vocari non debet: nec huiusmodi Decreta Rex Iudiciis suis post Curiam & in Comitiis retractet: imo in secus facientes animaduertat. Const: 1607 Fol: 15.

Iterum Constitutione cautum est, vt nemo Decreta Tribunalis nullatenus violare & in dubium vocare audeat. Const: 1613 Fol: 7.

Iudicium Terrestre quod continuè adesse debet iudicio Tribunalis, Regestrum earum causarum, quæ ad Iudicia incidunt, in sua potestate habeat & iuxta ordinem, actiones subsequentes ad iudicium, secundùm Regestrum vocandas pronunciet. Constit: 1609. Fol: 20.

Causæ expulsionis & exemptionis Feria quinta ex seorsiuo Regestro iudicari in Tribunali debent: & postea aliæ causæ officij secundùm Regestrũ. Constit: 1611. Fol: 13.

Officij causæ pro vna vice post finita iudicia, vniuscuiusque Palatinatus, quæ ex hoc Palatinatu incident, & die Sabbati finitæ non fuerint, ex speciali Regestro, ad instar aliarum Palatinatus causarum iudicentur. Regestra verò tam causarum officij, quàm

Palatinatuum & Districtuum, quæ finitæ non fuerint, per Marschalcum Tribunalis subscribi, & ad acticandum porrigi debent: vt succedens iudicium inprimis ex his Regestris iudicet, & absolutis illis, ad subsequentes causas iudicandas ordinatè accedat. Const. 1611. Fol. 6.

Iudices deputati Petricouiam Feria secunda post S. Francisci proxima conueniant, & ibi Iudicia sua exerceant, vsque ad Dominicam in Albis: limitatio quæ esse consueuit post Festum Natiuitatis Domini, longior trium dierum spatio non sit, vt officij causæ citius expediri possint. Ibidem.

Iudices ad iudicia Tribunalis Regni Deputati, & eorum Marschalcus, in nullum officium illius loci, vbi Iudicia celebrantur sese ingerere; hospitia distribuere, precia rebus imponere, thelonea, foralia exigere, nec vlla commoda sibi vsurpare debent. Neque priuata authoritate in hospitiis iudicent

& carce-

& carceres habeant. Ciues Scotos, Artifices, Reuenditores, & alios qui inter se commercia habent, ad iudicia sua non euocent, conseruando quempiam in sua iurisdictione: sed tantùm iudicia, quæ ad iudicium eorum, secundum constitutionem Tribunalis Regni spectant, exerceant. Si verò alicui Nobili, qui ad iudicia veniunt, vel eorum famulis, aut etiam iudicibus & famulis illorum aliquid contingerit; vel cum aliquis excessum, violentiam, vulnus, inuasionem, homicidium, & aliud facinus eiusmodi commiserit; eiusmodi homines cuiuscunque conditionis habent potestatem iudicandi: iis autem qui excesserint, nulla exceptio concedi debet. Const. 1601. Fol. 52.

Marschalcus Tribunalis Regni in iurisdictionem Capitanei non se immisceat iuxta Constitutiones priores, nec vlla commoda sibi vsurpet, sub pœna mille marcarum, in iudiciis Tribunalis inter causas officij repetenda. Constit. 1611. Fol. 12.

Quilibet iudex Spiritualis & Secu-
laris ad Iudicia Tribunalis Regni de-
putatus, ad iuramentum suum hunc
iunctum : super Secreta iudicij non re-
uelanda : addat : Con. 1611. Fol. 7.

Terminus tactus non potest dari à
iudicibus Tribunalis Regni, tantum
in circuitu huius ciuitatis, vbi iudicia
Tribunalis Regni celebrantur : & quan-
do securitas publica in persona
ad Tribunal venientes seu discedentes
violatur. Pro quo excessu si reus
præsens non fuerit, vel discesserit, per
citationem literalem ad Tribunal, sub
cuius iurisdictione excessus commissus
fuerit inter causas conseruatas citari
debet. Const. 1613. Fol. 11.

Iudicium Terrestre post iuramen-
tum Deputatorum Spiritualium &
Secularium, Decreta Iudicij Tribuna-
lis scribere, inscriptiones recognitio-
nes, protestationes, aresta iudicij con-
tumacias primarum citationum susci-
pere ; acta, Regestra & pecuniam ex de-

creto

creto datam seruare debent: quod alij quoque præsentes (absentia alterius eorum non obstante) id facere possunt. In quo à DD. Deputatis impediri non debent, vt authoritas huius Iudicij secundum leges antiquas integra permaneat. Const. 1613. fol. 31.

FINIS.

Laus Deo Viriginique Matri.